AUTHOR:

SCHMIDT, ALBERT

TITLE:

DE CAESURA MEDIA IN GRAECORUM...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1865

Master Negative #

91-80200-25

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.65 Schmidt, Albert, 1844-
Sch5 De caesvra media in Graecorvm trimetro iambico
Bonnae, Carthavs, 1865.
50 p. $20\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Bonn, 1865.

8 Another copy.
Box 90


373736

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/29/91 INITIALS G.G.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



150mm

6″

PHOTOGRAPHIC SCIENCES CORPORATION
770 BASKET ROAD
P.O. BOX 338
WEBSTER, NEW YORK 14580
(716) 265-1600

M. L. Earle

DE

CAESVRA MEDIA

IN GRAECORVM TRIMETRO IAMBICO.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN VNIVERSITATE
FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XVIII MENSIS NOVEMBRIS A. CIƆIƆCCCLXV

PVBLICE DEFENDET

ALBERTVS SCHMIDT
VITEBERGENSIS.

ADVERSARII ERVNT:

FRANCISCVS IACOBI GRAVDENTIENSIS
CAROLVS GIESE MONASTERIENSIS
HERMANNVS FVNK FRIDLANDIENSIS

BONNAE
FORMIS I. F. CARTHAVS.

PATRI CARISSIMO

EIDEMQUE

PRAECEPTORI DOCTISSIMO.

Non primus de caesura media in Graecorum trimetro iambico disputationem instituo, sed sat multa mihi fuerunt legenda et examinanda, quae aut in commentariis ad poëtas veteres scriptis occasione data adnotata aut amplioribus de re metrica libris inserta sunt aut denique per se integram efficiunt dissertationem. Primo autem loco hic, ut in pluribus aliis reï metricae partibus, nominandus est Porsonus, qui in supplementis ad praefationem Hecubae p. 27 [1]) brevissime minimeque plene de caesura nostra disseruit. Paullo plura verba Hermannus elem. doctr. metr. p. 110 et epitomes doctr. metr. p. 56 de ea fecit, sed ne hic quidem, cum singula poesis genera, singulos poëtas, singulas aetates parum acriter discerneret, rem ad certum finem perduxit. Partem tantum huius quaestionis attigit Elmsleius, qui in longiore ad Euripidis Supplicum v. 303 [2]) adnotatione hunc fere solum respexit et ab huius fabulis caesuram mediam abiudicare conatus est. Plane contrariam viam ingressus est Gruppe, qui in ultimis Ariadnae [3]) paginis nonnullos fabularum Sophoclearum, inter quas etiam Rhesum refert, et Euripidearum versus recenset et caesurae mediae in iis adhibitae praedicat elegantiam et gravitatem. Totam deinde dissertationem de ea primus Kohlrausch composuit scribens 'de diaeresi in medio trimetro iambico' Gottingae 1838; sed manca est eius

1) ed. tertia Lipsiae 1824 cur. Schaefer.

2) P. Elmsley's review of Hermann's Supplices, quae recensio editioni Marklandianae. — Lipsiae 1822 — adiecta est.

3) Ariadne: die tragische Kunst der Griechen. Berlin 1834.

disputatio non tam, quia ad Sophoclem tantum spectat, quam quia ne ex hoc quidem omnium exemplorum huc pertinentium copiam collegit et tractavit; quod mihi dici nequit quam necessarium videatur esse, quippe eiusmodi quaestiones nisi certis numerorum rationibus inter sese comparatis probabiliter transigi non possunt. Plenius quamquam non prorsus plene Preussius in dissertatione 'de senarii Graeci caesuris' Regiomontii 1859 exempla congessit, sed ita ut nec diversa eorum genera accurate distingueret et falso agitatus studio multis trimetris, a quibus omnis caesurae mediae statuendae necessitas longe abest, eam obtruderet quasi et inculcaret; accedit quod interdum Gruppei rationem amplexus notiones et affectus animi eâ exprimi voluit, quibus quivis res, ut s u n t, simpliciter considerans ne tantillum quidem cum ea commune esse fatebitur. Quamquam igitur sat multa sat vario modo hac de re iam scripta sunt, tamen tot et corrigendi et supplendi ansae mihi remanserunt, ut eam retractare indeque disputationis componendae materiam repetere non dubitaverim.

Priusquam autem ad ipsum, quod perscrutandum nobis proposuimus, argumentum accedamus, necessario, quae omnino notio ac natura caesurae sit, breviter est definiendum; quod haud ita esse facile vel inde apparet, quod ipsi disciplinae metricae principes in diversissimas abierunt sententias. Hermannus [1]) quidem caesuram contendens esse finem numeri, qui in verbis est, in finem ordinis metrici incidentem, definitionem et nimiam nec plenam statuere mihi videtur: nimiam, cum, ubicunque verbi et ordinis fines congruunt, de caesura cogitare nec necessarium nec rectum sit; non plenam, cum, si ab ea, quam Hermannus ordini tribuit [2]), natura

---

1) cf. elem. doctr. metr. l. I. c. 8 et epitom. doctr. metr. p. 20.

2) nimis enim late patere voluit hanc notionem, cum in omnem numerum finitum inde a simplici arsi ⏑́ usque ad eiusmodi figuram –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑ eam adhiberet. cf. epit. doctr. m. p. 8.

discedimus, permultis locis, quibus verborum et ordinum fines inter sese non concinunt, tamen caesura extare certissime dicenda est.

Sententiae Hermannianae ea, quam Boeckhius protulit, — de metris Pindari l. I c. 46 inde a. p. 93 — plane contraria est, quippe qua 'caesura ibi agnoscenda sit, ubi terminatione sive verbi cuiusdam gravioris sive sententiae sive periodi dissecantur rhythmici sive pedes sive ordines'. Sensit sane vir doctissimus, elegantem et bene sonantem omnium versuum formam eo maxime spectari, ut metrum et verba non iisdem temporis spatiis contineantur, quo concentu singula membra molestissime diducuntur; sed quod dixit, omnibus iis locis, quibus haec lex rhythmica observata sit, caesuram esse statuendam, id nec sufficere ad notionem eius penitus cognoscendam nec plene in eam quadrare arbitror. Primum enim, cum naturae cuiusvis incisionis sit consentaneum, vocis quoque recitantis pausam aliquam certe eï adiunctam esse, statim apparet, ex illis locis, quibus lex illa servata est, sat multos posse afferri, in quos caesurae nomen non est necessario adhibendum aut adhiberi non debet, cum ea verba, quae eâ separarentur, arctissime potius sint iungenda. Si exempli gratia primos Oedipi Regis versus inspicimus

ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφὴ,
τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε
ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;

quis, quaeso, post *Κάδμου*, post ἕδρας post *κλάδοισιν* c a e s u r a e locum esse existimabit? rhythmi tantum elegantia eiusmodi verborum collocatione augetur, sed non est cur quodvis artis rhythmicae indicium certo quodam atque adeo caesurae nomine instruamus. Alteram difficultatem, qua haec definitio laborat, ipse Boeckhius perspexit ideoque tollere conatus est; cum enim vidisset, legem illam, ut par est, haud quaquam omnibus omnium versuum locis posse

servari, sed haud paucos extare locos, quibus verborum graviorum et pedum fines inter sese consentiunt et ita quidem, ut interdum vocis etiam remissio flagitetur, his novam invenire coactus est appellationem — diaeresis. Quam nihil nisi merum subsidium et supplementum esse verbis 'invenire coactus est' iam significavi, idque iure, ut opinor: si enim exempla apud scriptores reï metricae antiquos quaerimus, nullum nobis occurrit, nisi quod Aristides Quintilianus p. 53 dicit: ἡ γὰρ εἰς ὅμοια μέρη διαίρεσις μᾶλλον ἡ τομὴ καλεῖται. Cui testimonio non multum tribuendum est, cum, ut ex voce μᾶλλον elucet, Aristides suam sententiam, non traditam et vetustate sancitam notionem proferat et nonnulla tantum respicere videatur versuum genera, ut dimetros anapaesticos, pentametros dactylicos, qui solenni incisione in duas partes aequabiles distribui solent. Nemo vero non videt, hanc diaeresis inventionem cum firmo destitutam esse fundamento tum universae incisionum naturae admodum officere. Westphalius porro [1]) caesuras trimetri iambici — non enim generatim de iis disputat — arctissime ad rhythmicam versus huius structuram pertinere et huic indicandae vel certe augendae inservire contendit. Similiter igitur atque Boeckhius artis finibus caesurae vim circumscripsit, sed ita ut diaeresin ab illo inlatam non adsisceret, veritas nimirum, ne generalis principii unitatem ea adoptanda turbaret. Cum autem hoc vitium vitaverit, in alterum haud levius delapsus est, quippe nullam plane eorum locorum duxit rationem, quibus sententia efflagitat incisionem, quamquam, si rhythmicen spectamus, non est necesssaria, nihil praeterea eos curavit, quibus verborum inter sese conexus caesuram non patitur, quantumvis ad rhythmicam metri dispositionem magis etiam inlustrandam proficeret.

1) Griechische Metrik 1856. p. 185.

Suhlius denique in ingeniosa et sagaci disputatione [1]) primus et sententiarum terminationes et artem rhythmicam unâ respicere conatus est atque ita quidem, ut caesuram dicat esse vocis remissionem in versu bene pacto et recitato, i. e. caesurâ aut ipsâ pulcram versus structuram effici vel augeri aut certe non adeo turbari, ut legum rhythmicarum vis plane infringatur. Tragici quidem et dactylici poetae observarunt hanc regulam, quamquam ne hi quidem omnes constanter et severe, sed si omnia poesis genera comprehenderimus, hanc quoque definitionem mancam esse intelligemus, cum eâ incisiones, quae quamvis tollant rhythmicam membrorum distinctionem tamen praecipue apud poëtas comicos haud raro statuendae sunt, aut prorsus negligere aut altero nomine significare cogamur.

Cum igitur nulla harum sententiarum veritati plane sit accommodata, nova mihi proferenda videtur, quam, etsi non ad elatum quoddam et artificiosum spectet principium, tamen magis quam reliquas in eos, qui nobis traditi sunt, versus omnes adhiberi posse persuasum habeo. Si enim ad ipsam vocabulorum 'caesura τομή' significationem et originem regredimur, nihil aliud iis exprimi videmus nisi caedendi, imminuendi, in partes seiungendi notionem. Per se igitur etiam metricae caesurae eo tantum consilio a poetis collocatae sunt, ut corpus quasi metricum τὸ ὑποκείμενον in plures distribuatur partes, quippe quod uno tenore recitari ob vocis humanae naturam nequit.

Iam vero vel hac qualiscunque fuit, temere facta incisione aliquid certe ad artificiosam versus structuram afferri apparet, cum corpus indigestum et continuum evadat pausis distinctum et in partes divisum. Ex harum autem incisionum mole eorum carminum poëtae, quorum naturae legum

1) Ueber die Cäsur und ihre Bedeutung für den Rhythmus. Berlin 1864.

severitas et elegantia praecipue est consentanea, et ex his illi rursus, quos maxime ea floruisse scimus, eas nimirum inprimis usurpandas sibi sumpserunt, quae ex illis legibus sponte quasi emanabant; unde factum est, ut duae caesurae penthemimeres et hephthemimeres tamquam principales statuerentur, quippe quibus versus non in plane compares sed, quod multo praestat, in fere aequabiles et sibi respondentes partes distribuatur.

Quam severe autem et genera poesis et ipsi poetae et eorum aetates discernendae sint, maxime apparebit, si eam, de qua nobis proposuimus disputare, caesuram accuratius perquisiverimus.

Ut primum eam per se positam consideremus et ab eius exemplis discedamus, statim patet, quantopere sensus noster, quem in multis rebus non tam excultam et subtilem quam Graecorum esse constat, offendatur, si trimetrum iambicum ita recitare cogimur, ut in duas compares et eodem modo pronunciatas partes discindatur. Prima enim, sine qua nulla ars stare potest, conditio tali recitatione negligitur, ab Horatio breviter et commode expressa epistolae ad Pisones versu 23:

'denique sit quidvis simplex dumtaxat et unum.'

Hanc igitur unitatis legem si tali distinctione tollimus non iam trimeter iambicus sed duae per se positae tripodiae iambicae efficiuntur. Quod enim Lehrsius eiusmodi versus vult esse tetrametros iambicos, quorum quarti et octavi pedes pausis sint supplendi, eo rhythmus non restituitur, quippe his ipsis pausis versus verbis expressus bipartitur. Iam vero cum caesuram mediam trimetri naturae praefracte adversari perspexerimus, Preussii sententia, qua legitima illa apud Aeschylum, Sophoclem, Aristophanem est incisio, statim reiicienda nobis videatur; sed si ipsos versus consideraverimus, esse sane aliquam speciem fatebimur, quae hominem

theologicis magis quam metricis studiis imbutum impellere posse videatur ad hanc monstruosam caesuram tamquam solennem probandam et praecipuo amore fovendam. Qui enim nulla usus distinctione simpliciter omnes eos trimetros, quibus vox finitur pede tertio et aliquo iure pausam statuere licet, colligendos sibi sumpsit, cum numerum exemplorum proferre potest, qui homini credulo persuadeat, caesuram mediam eadem fere esse vi et usu atque duas illas principales. Facilius certe qui hanc simpliciter enumerandi viam ingreditur, ei persuadebit, quam qui, ut Gruppeus, singulis exemplis singulas causas, ob quas usurpata sint, afferre studet; nam hoc ipso studio, quod in meris constat nugis et argutiolis [1]), elucet, quam difficile et futile sit, illius caesurae laudes suscipere.

Ut autem ad ipsa exempla transeamus, primum ab omnibus iis discedendum est, quibus terminatur quidem pede tertio verbum aliquod, sed ita ut nec vocis remissio in medio versu sit necessaria et praeterea aut alterutra incisionum primariarum vel voce monosyllaba aut apostropho aut dactylo omnis removeatur offensio.

Si enim non solum deest vocis summittendae necessitas, sed etiam praeterea alterutrâ solennium et vere rhythmicarum caesurarum nostra compensatur aut apostropho vel dactylo ea, quae separata visa sunt, coniuncta pronunciare cogimur, quis, quaeso, in eiusmodi versu recitando vel tantulum haerebit? Ut autem uno certe exemplo, quanta trimetrorum multitudo hac ratione caesurae mediae offensione

---

1) Ne exempla desiderentur, quis Gruppeio concedet, caesura nostra delineari, ut ipsa eius verba exhibeam 'sanftere Effecte, schluchzende Accente der weiblichen Rede! Erstickte Seufzer und Anhalten beim Ueberlaufen einer schlimmen Ahnung! Todesröcheln und Versagen der Stimme! Agamemnons Verlegenheit seiner naiven Tochter gegenüber!

prorsus eximatur ostendam, ex Alcesti Euripidea[1]) versus manifesto huc pertinentes afferam: v. 6, 11, 15, 16, 18, 21, 25, 27, 46, 48, 51, 62, 68, 67. 74, 75, 142, 154, 156, 157, 158, 160, 171, 175, 200, 205, 206, 208, 258, 274, 292, 301, 306, 307, 313. 331, 339, 340, 346, 351, 355, 361, 362, 365, 366, 375, 379, 384, 383, 385, 389, 393, 394, 397, 399, 416, 441, 447, 494, 498, 500, 504, 516, 517, 521, 533, 539, 546, 554, 564, 566, 578, 582, 584, 619, 623, 639, 640, 645, 646, 655, 657, 669, 675, 679, 681, 688, 690, 691, 707, 708, 712, 713, 714, 723, 728, 732, 733, 735, 740, 746, 773, 784, 789, 793, 798, 799, 807, 808, 812, 813, 831, 835, 838, 841, 846, 847, 852, 856, 861, 865, 948, 958, 963, 967, 1014, 1017, 1035, 1036, 1039, 1041, 1047, 1048, 1049, 1054, 1056, 1064, 1065, 1067, 1077, 1079, 1080, 1081, 1082, 1087, 1088, 1089, 1101, 1107, 1114, 1119, 1124, 1126, 1131, 1133, 1140, 1145, 1149, 1154, 1155.

Centum igitur sexaginta duo inter octingentos decem trimetros extant, quibus taetra illa, quae videbatur inesse. caesura non solum non necessaria sed etiam gravissimas ob causas non ferenda et explodenda est.

Iam vero remanent ii loci, quibus aut sententiae causa necessario vel probabiliter post pedem tertium vocis pausa statuitur aut bisyllabis vel etiam amplioribus vocabulis et prior versus pars absolvitur, et altera inchoatur; haec enim quivis videt iam per se, etiamsi sententiae finis desit, ad rhythmicam senarii formam diruendam sufficere. Disquisitionem autem nostram ita instituendam esse censeo, ut hanc secuti dispositionem exempla caesurae mediae, quae in singulis poesis generibus et apud singulos eorum poetas occurrunt vel occurrere videntur, consideremus et examinemus aut simpliciter enumeremus eorumque numeros inter sese comparemus, ita ut sponte, legitima sit necne, inde eluceat.

---

1) Euripidis tragoediae. rec. Kirchhoff. Berolini 1855.

Lyrici quidem poetae seu iambographi[1]), ut omnino non tam elegantem et ornatam quam emendatam et simplicem versus structuram affectabant, ita hanc quoque caesuram nostram severe et constanter vitaverunt. Inter omnes enim qui supersunt trimetros iambicos — sunt autem fere ducenti septuaginta – unum indagavi exemplum, quo sententia quidem priori versus parte non finitur, sed tertius et quartus pedes singulis continentur vocibus; Simonidis enim Amorgini fragmento decimo hunc legimus senarium:

τί ταῦτα διὰ μακρῶν λόγων ἀνέδραμον:

quod exemplum cum unicum sit et ab iambographorum severitate mirum quantum abhorreat, vix dubito cum Nauckio tollere transpositione verborum *διὰ μακρῶν* et versui rhythmum integrum restituere. Fere eadem ratio est choliamborum, qui ex ipsa quidem iambographorum aetate pauci ad nostram pervenerunt memoriam, sed eo plures Babrii[2]) fabulis, quarum plurimae pristinam spirant et orationis et metri integritatem, nobis servantur. Sententia vero post pedem tertium desinit duobus trimetris, quorum prior Aeschrionis fragmento primo — apud Bergkium — legitur:

ἔγραψεν ἅσσ' ἔγραψ'. ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Hoc autem loco plures excusationes caesurae mediae afferri possunt: primum enim cum elisio ultimae eiusque brevis vocalis efficiatur vocali insequentem vocem incipiente, verba *ἔγραψ' ἐγώ* non ita severe secerni possunt, nisi apostrophi vim et naturam prorsus deleri velimus; deinde vero nemo negabit, etiam post prius *ἔγραψεν* aliquam certe vocis remissionem esse necessariam, ita ut hic versus minime in duas eodem plane modo recitandas partes dilabatur. Alter, qui huc cadit, choliambus extat Babrii fabula XXII v. 5:

ἤρα γυναικῶν δύο, νέας τε καὶ γραίας.

---

1) poetae lyrici Graeci rec. Bergk ed. altera 1853.
2) ed. Hartung Leipzig 1858.

hic caesura media si non tollitur at lenitur certe dactylica pedis tertii natura, quippe qua in versu pronunciando syllabas breves δύο et νέ coniungere cogamur; quapropter rarissime sententiam post iambum dactylicum abrupte absolutam reperiemus.

Multo magis nos offendunt nonnulli paucissimi choliambi, quibus rhythmica membrorum distinctio vocibus plurium syllabarum infringitur; atque primo quidem loco fragmentum Hipponacteum XXIX commemorandum est:

ὦ Ζεῦ πάτερ, θεῶν Ὀλυμπίων πάλμυ

quod Meinekius lenissima mutatione recte ita conformasse videtur: ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ θεῶν κτλ. neque enim frequens est hoc ipso trimetri loco soluta substantivi θεός forma et vocativus Ζεῦ simili modo bis effertur Archilochi fragmemto LXXXXVII:

ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος.

Phoenix deinde alterum nobis praebet exemplum frm. I v. 15:

ἐγὼ δ' ὅπου πόδες φέρουσιν ὀφθαλμούς,

quod si paucitatem exceptionum et corruptum versus exitum respexerimus, vix dubitabimus emendare, ita ut ad verba πόδες φέρουσιν obiectum necessarium[1]) μέ adiiciamus et scribamus:

ἐγὼ δ' ὅπου με πόδε φέρουσιν ὀφθαλμούς.

Duo denique afferri possunt exempla ex Babrii fabulis: LXXII extrem.

ξένοις γὰρ ἐμπρέπων στερηθήσῃ τούτων.

CXXXVII v. 9

κρεῖττον τὸ φροντίζειν ἀναγκαίων χρειῶν.

quorum utrumque nullam prorsus ad iambographorum leges

1) Necessarium esse satis exploratum habere mihi videor, cum ubicunque dictionem illam πόδες φέρουσιν inveni, semper obiectum adiunctum esse animadverterim.

attenuandas vim exercet, cum ad epimythia, quae multo post addita esse constat, pertineant. Cum igitur iam inter magnum Babrianorum versuum numerum nullus fere extet, quo caesura nostra statui possit, quanta perpetuitate antiquiores iambographos, quorum pauca tantum temporum iniuriâ relicta sunt, eam vitasse arbitrabimur? Proinde non audaciae opprobrium in me concepisse mihi videor, si Babrii similitudine nisus tria exempla severitati et simplicitati illorum obstantia emendatione tollenda esse censui.

Plura autem nobis sese offerunt, si ad tragicam transgressi musam Aeschyleos[1]) primum percensemus senarios; ab iis vero initium capiamus exemplis, quibus sententia quidem post pedem tertium terminatur sed pausae durities magis minusve eo lenitur, ut monosyllaba tantum voce terminatio efficiatur. Ex locis ita comparatis unus extat Persarum v. 319:

σκληρᾶς μέτοικος γῆς, ἐκεῖ κατέφθιτο.

summittenda sane est vox recitantis medio in versu, sed prorsus arti rhythmicae accommodate priori pedis tertii parte verbum aliquod finitur; cum enim usque ad μέτοικος trimetri membra plane eleganter disponantur, graviori post vocem γῆς incisioni aliquantum de seiungendi vi deminuitur. Idem cadit in Prometheï versus 609.

λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅπερ χρῄζεις μαθεῖν

641 σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν ὅπερ προσχρῄζετε

787 τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.

976 ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως.

v. 990 vero

προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε

et Sept. v. 282

ἐγὼ δέ γ' ἄνδρας ἓξ ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ

et Suppl. v. 300

1) Aeschyli tragoediae recogn. G. Dindorfius. Lipsiae 1860.

οὔκουν πελάζει Ζεὺς ἐπ' εὐκραίρῳ βοΐ;
v. 770 *ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ,*

nulla potius quam media distinctos esse caesura contenderim; trimetri enim iambici non ea sunt longitudine, ut omnes pausis in plures partes necessario sint distribuendi; multo certe minus rhythmi structura infringitur, si eos versus, qui sententiae terminatione carent, sine caesura pronuntiamus quam si mediam iis obtrudimus. Agamemnonis porro huc referendi sunt v. 258

ἥκω σεβίζων σόν, Κλυταιμνήστρα, κράτος
v. 339 *τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς θεῶν θ' ἱδρύματα*
v. 509 *ὕπατός τε χώρας Ζεύς, ὁ Πύθιός τ' ἄναξ.*
v. 567 *τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ; παροίχεται πόνος.*
v. 1353 *ψηφίζομαί τι δρᾶν· τὸ μέλλειν δ' οὐκ ἀκμή;*

versu 1299 *οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὔ, ξένοι, χρόνῳ πλέω*

caesura post pedem tertium omni fere vi destituitur, cum non minor vocis remissio post vocabula *ἄλυξις* et *ξένοι* sit necessaria. Ex Choephoron trimetris huc pertinent v. 107

λέξω, κελεύεις γάρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον

et v. 699

ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει,

cum versui 484

κτίζοίατ'· εἰ δὲ μή, παρ' εὐδείπνοις ἔσει

gravior post verbum *κτίζοίατ'* interpunctio varietatem propemodum integram restituat. Eumenidum denique huc spectant

v. 618 *ὃ μὴ κελεύσαι Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ*
v. 829 *ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ· σὺ δ'εὐπιθὴς ἐμοί.*
v. 847 *ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ.*

Plurimis igitur horum locorum remittenda quidem est vox tertium post pedem, sed elegans reliquorum membrorum dispositio, quam haud raro aliae eiusdem versus caesurae in altius etiam evehunt, offensionem imminuit vel prorsus removet.

Transeo ad Sept. v. 1046

ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ τιμήσεις τάφῳ;

qui unus — apud Aeschylum — ita est comparatus, ut graviori post verbum *στυγεῖ* incisioni aliquid certe duritatis sequente vocula monosyllaba adimatur. Uno quidem ore viri docti asseverant, de industria hoc loco caesuram post pedem tertium ad oppositionem metro quoque exprimendam adhibitam esse; ego vero non possum mihi persuadere, poetam praecipuo quodam consilio et studio hanc potissimum incisionem rhythmo quam maxime repugnantem sibi elegisse; cum enim concedam, oppositionem per se satis perspicue eo delineari, ut eae, de quibus agitur, res etiam in pronunciando versu aeque sibi opponantur, illud tamen praefracte nego, leges rhythmicas adeo potuisse negligi, ut sententiae depingendae studio posthaberentur, eosque paucos locos, quibus oppositio dici potest caesura media significari, licentiae potius tribuendos esse censeo. Quam sententiam meam illud praecipue confirmat, quod oppositio iis, quorum propria est et peculiaris, senariis, scilicet hemistichiis haudquaquam illo ab omnibus fere viris doctis laudato modo sed prorsus ad artem redactis et distinctis versibus indicatur. Inter undecentum enim Sophoclea et sexaginta tria Euripidea [1])

---

1) Soph. Ai. 591—594. 981—983. 985. El. 1209. 1220—1222. 1224—1226. 1276. 1323. 1347. 1400. 1402. 1410. 1411. 1415. 1416. 1424. 1426. 1430. 1435. 1436. 1475. 1477. 1483. 1503. Oed. Reg. 627—629. 1120. 1174. 1175. Oed. Col. 46. 322. 327. 328. 330. 331—333. 652 - 656. 722. 821. 831. 839. 840. 845--847. 856. 860. 864. 883. 1099. 1102. 1107—1109. 1170. 1438. 1439. 1441. 1443. 1583. 1724. Trach. 876. 877. 879. 881. Phil. 54. 759. 817. 466. 813. 917. 974. 985. 994. 1001. 1248. 1254. 1255. 1275. 1277. 1280. 1286. 1302.

Eur. Hec. 1105. 1261. 1262. Or. 1236. 1238. 1240. 1610. 1615. 1616. 1620. 1623. Phoen. 122. 132. 899. 900. 982. 984. 985. 987. 988. 1281. 1283—1285. Med. 996. Hipp. 352. 720. 1315. Alc. 401. 831. Andr. 1050. Troad. 1302. Ion. 1456. Iph. Aul. 304. 1464 - 66. 1459. 1460. 1534. Bacch. 959. 960. 961—963. Cycl. 152. 553. 555. 560. 563. 632. 663. 665. 668. 674. 677. H. fur. 1408. El. 579—581. In Aeschyli tragoediis nulla extant hemistichia.

exempla duas inveni axceptioues Euripideas et unam Sophocleam Phil. v. 589:

ὅρα τί ποιεῖς, παῖ. Νε. σκοπῶ κἀγὼ πάλαι,

Iphig. Aul. v. 1460:

Κλ. πέπλων ἐχομένη σῶν. Ιφ. ἐμοί, μῆτερ, πιθοῦ.

et Orestis v. 1240:

Ορ. δακρύοις κατασπένδω σ'. Ηλ. ἐγὼ δ'οἴκτοισί γε.

In Aristophanis [1]) quidem comoediis, quae hemistichiis scatent, plures nobis occurrunt:

Ach. 801. 911. Equ. 1204. Nub. 1335. Vesp. 1379. 1381. Pac. 110. 879. Av. 1651. Lys. 897. 991. Thesm. 89. 611. 1209. Ran. 273. 1135. 1229. Eccles. 1083. Plut. 714. 917. 1157.

Sed quotcunque exceptiones in poesi comica, cuius plane alia est ratio, reperiuntur, illud certe omnem vincere dubitationem mihi videtur, poetas tragicos plerisque etiam eorum, quibus opponuntur sibi seu res seu personae, compositionis rhythmicae fuisse studiosos; non enim fortuito factum esse nemo non fatebitur, ut inter centum unde sexaginta hemistichia duo caesura media, omnia reliqua aut penthemimere aut hephthemimere distinguantur.

Progrediendum iam est ad eos Aeschyli trimetros, quibus versus in duo membra paria seiunctio coniungente apostrophi vi aliquantum imminuitur, atque ita quidem, ut plerumque alterum quoque duritiae quasi lenimentum accedat. Persarum huc revocandi sunt v. 333:

ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν.
v. 450 *ἐνταῦθα πέμπει τούσδ', ὅπως, ὅτ' ἐκ νεῶν.*
v. 784 *εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ', ἐμοὶ ξυνήλικες,*

quibus praeter apostrophum etiam voce monosyllaba in fine

---

1) ed Bergk ed altera Lipsiae 1861. Ipsa versuum verba postea occasione data afferentur.

pedis tertii posita structura rhythmica servatur; eodem modo defendere licet Prometheï vv. 374

χρῄζεις· σεαυτὸν σῶζ', ὅπως ἐπίστασαι.
472 *πέπονθας αἰκὲς πῆμ'· ἀποσφαλεὶς φρενῶν*
500 *τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'· ἔνερθε δὲ χθονός.*

Agamemnonis vv. 944:

ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας
1221 *σὺν ἐντέροις τε σπλάγχν', ἐποίκτιστον γέμος.*
1360 *κἀγὼ τοιοῦτός εἰμ', ἐπεὶ δυσμηχανῶ*
1446 *κεῖται φιλήτωρ τοῦδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν.*

Choephoron vv. 243:

πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων
522 *θέλοντι δ', εἴπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον τάδε.*
928 *οἴ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην.*

Eumenidum vv. 264:

ἀλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν
591 *εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες.*
688 *πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἕδραν.*

Sequenti voce monosyllaba sive aliqua hephthemimeris specie apostrophi vis augetur etiam Pers. v. 493:

χώραν ἀφικόμεσθ', ἐπ' Ἀξίου πόρον.

et Sept. v. 385:

σείει, κράνους χαίτωμ', ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ.

Utraque denique et antecedens caesuram et eam sequens omnem fere difficultatem dissolvit Sept. v. 549:

πύργοις ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κραίνοι θεός.
Cho. v. 7 *οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἐπ' ἐκφορᾷ νεκροῦ.*
v. 561 *ἥξω σὺν ἀνδρὶ τῷδ' ἐφ' ἑρκείους πύλας.*

Solo apostropho excusantur Suppl.

v. 711 *ὑμεῖς δὲ μὴ τρέσητ' ἀκούσασαι πατρός*
Ag. v. 1049 *πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.*
v. 1267 *ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ', ἐγὼ δ' ἅμ' ἕψομαι.*
v. 1270 *χρηστηρίαν ἐσθῆτ'· ἐπώπτευσας δέ με.*
v. 1394 *εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ.*
v. 1420 *μιασμάτων ἄποιν'; ἐπήκοος δ' ἐμῶν.*

Preussii quidem si sequeremur rationem multo plures huc referendi forent trimetri, quippe illius studium manifesto eo tendit, ut omnibus, quibus aliquo modo dici potest esse pausa post pedem tertium, exemplis congerendis caesura media tamquam legitima in utroque poesis scaenicae genere comprobetur. Itaque sine ulla fere distinctione et comparatione eos versus, quorum caesurae mediae excusationem ab apostropho repetere licet, et eos, qui omni destituti sunt lenimento, promiscue coacervat iisque haud paucos, quibus pausae in medio trimetro statuendae plane deest causa, vi quasi adhibita adigit; ita Persarum v. 821:

ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν

superbiam efflorescentem incisione post pedem tertium depingi existimat; praeterea affert

v. 831 *λῆξαι θεοβλαβοῦνθ' ὑπερκόπῳ θράσει*
v. 489 *καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους.*
v. 607 *τοιγὰρ κέλευθον τήνδ' ἄνευ τ' ὀχημάτων.*
Prom. v. 612 *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.*
710 *πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ εὐκύκλοις ὄχοις.*
Suppl. 465 *ἐκ τῶνδ' ὅπως τάχιστ' ἀπάγξασθαι θεῶν.*
Sept. 635 *ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιάκχασεν*
799 *καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασι*

multosque alios, qui omnes ita comparati sunt, ut sententia haudquaquam nos c o g a t, orationem vel tantisper in medio senario insistere, et omnino desit caesura, quam deesse posse in versu haud ita longo non dubito cum Hermanno contendere.

Quod vero multo plura huius quam primi generis sunt exempla, inde manifesto explicandum est, quod in eorum plurimis aliae excusandi ansae ad apostrophi vim accedunt, ita ut multo etiam magis quam in primo ordine offensio rhythmica evanescat; praefracte autem negandum est, quod Hermannus animadvertit, 'interpunctionem usitatae caesurae neglectioni excusationem afferre'. Quo enim redit haec sententia? cum, ubi interpungendum est, caesura quoque gravior minorve in versu sit statuenda, mala caesura neglectioni bonae excusationem afferre, si Hermannum sequimur, dicenda foret! Immo interpunctio solennis caesurae omissionem nunquam excusare sed tantum certis quibusdam conditionibus, quae non in ea ipsa positae sunt, compensare potest.

Examinandi iam nobis sunt duo versus, unus Prom. 162:

τεοῖσι, δίχα γε Διός; ὁ δ' ἐπικότως ἀεί,

alter Choeph. 444:

λέγεις πατρῷον μόρον· ἐγὼ δ' ἀπεστάτουν,

quibus post tertium pedem quamquam dactylicum sententia vocis pausam efflagitat. Duri sane aliquid habet haec brevium syllabarum *Διός* — *ὁ δ'* et *μόρον* — *ἐγ* seiunctio, sed excusatur certe chorica eaque commatica totius scaenae natura, cum trimetros choricos a dialogi legum severitate multum abhorrere inter omnes constet nec sit cur hoc loco pluribus verbis exponatur. In dialogo unum inveni Pers.

v. 403 *ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δέ,*

quo etiam apostrophus ad pausam imminuendam accedit.

Restat ut eos ex Aeschylo afferamus senarios, quibus plurium syllabarum vocibus prior versus pars clauditur et altera inchoatur. Quorum in numero habendi sunt Persarum vv. 251:

ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολύς.
352 *ἢ παῖς ἐμός, πλήθει καταυχήσας νεῶν;*
465 *Ξέρξης δ' ἀνῴμωξεν κακῶν ὁρῶν βάθος.*

Praedicant viri docti[1]) hoc trimetro praestantiam caesurae mediae, quippe qua percommode gemitus gravitas et tenor depingatur; ego vero ne hic quidem perspicio, quid versus in duas plane aequas partes distinctio ad eiusmodi affectus delineandos et augendos afferre possit. Concedo

1) cf. Hermanni el. doctr. m. p. 111 et Westphal Gr. Metrik p. 186 Anm.

sane, verbo ἀνῴμωξεν utpote duorum pedum spatium comprehendente ingemiscendi gravitatem et vim perapte exprimi, sed etiam atque etiam nego, eo, ut hoc potissimum loco positum sit et pausam post pedem tertium efficiat, vel tantillum gravitatis adiici; non igitur consilio sed casui et licentiae hanc caesuram tribuo.

469 πεζῷ παραγγείλας ἄφαρ στρατεύματι
503 ἀκτῖνας, ὡρμήθη, σεσωσμένος κυρεῖ.

Quod modo dixi, cadit etiam in v. 509

Θρῄκην περάσαντες μόγις πολλῷ στρατῷ,

quo laborem ab exercitu Persico exhaustum pronunciandi difficultate eleganter significari viri docti clamant; hic quoque verbum περάσαντες bene electum esse concedo, sed hic quoque nego, certo quodam consilio a poeta verba ita posita esse, ut distinctio rhythmica deleretur.

519 ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά.
Suppl. 399 πράξαιμ' ἄν, οὐδέπερ κρατῶν, μὴ καί ποτε
401 ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν.
909 ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης.
947 οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα.
1016 εἰ γάρ τι μὴ θεοῖς βεβούλευται νέον.
Prom. 640 οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρή.
770 οὐ δῆτα, πλὴν ἐὰν ἐγὼ 'κ δεσμῶν λυθῶ.
Sept. 457 καὶ μὴν τὸν ἐντεῦθεν λαχόντα πρὸς πύλαις.
Ag. 943 πιθοῦ· κράτος μέντοι πάρες γ' ἑκὼν ἐμοί.
Cho. 150 ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος,

cuius exempli offensio aliquantum imminuitur, si de elisione vocalis ι in forma κωκυτοῖσι cogitamus ideoque verba κωκυτοῖς ἐπανθίζειν arctius inter sese coniungimus. Versibus 427 et 449:

ἄνωθεν ἀνέκαθεν, κτύπῳ δ' ἐπιρροθεῖ
χέουσα πολύδακρυν γόον κεκρυμμένον

ex liberiore canticorum commaticorum ratione venia petenda est.

v. 883 ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας.
Eum. 26 λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταρράψας μόρον.

Duo de viginti igitur in dialogo Aeschyleo extant trimetri, quibus tertius et quartus pedes ita inter sese distinguuntur, ut etiamsi finis sententiae non sit adiunctus, tamen vocis remissio post priorem pedem sit necessaria et versus in membra comparia dilabatur. Quae exempla ne cum Preussio tamquam legitima amplectamur, sola numerorum ratio nos prohibere possit, si hos paucissimos versus ex quatuor milibus quadringentis Aeschyli trimetris depromptos esse consideramus; accedit autem alterum idque, nisi fallor, a nemine adhuc commemoratum: si enim fabulas Aeschyleas, quantum fieri potest secundum tempus, quo quaeque docta est, ordinaverimus, una cum aetate numerum horum exemplorum deficere animadvertemus; ut autem primum eas percenseamus tragoedias, quae quo tempore actae sint bene cognitum habemus, hanc inter eas rationem intercedere videmus:

	trimetri	c. media	tempus
Persae	445	7	Olymp 76,4
Septem	530	1	78,1
Agamemnon	850	1	80,2
Choephori	650	1	
Eumenides	657	1	

Supplices autem in quadringentis nonaginta trimetris quinque, ut brevitatis causa ita dicam, Alexandrinos continentes vix dubito inter primas poetae fabulas referre[1]), cum universa et dictio et compositio indolem nondum excultam et splendentem redolere videatur. Prometheus denique, quem ante Olympiadem 75,2 in scaenam prodire non potuisse nunc inter omnes fere constat, cum in septingentis septua-

1) Similiter de tempore Bergkius iudicavit in commentatione 'de cantico Supplicum'. Friburgi 1857.

ginta quatuor senariis duos exhibeat Alexandrinos, ad eandem fere aetatem, qua Septem docti sunt, revocari potest. Vides iam, satis firmum discrimen etiam in Alexandrinorum usu inter recentiores et antiquiores Aeschyli fabulas statui posse, ita ut ex similitudine earum, quae quo tempore in scaenam prodierint certo scimus, haud improbabiliter colligere liceat, cui fere aetati reliquae, quarum de tempore adhuc ambigitur, ascribendae sint.

Illud igitur iam satis elucere arbitror, hanc caesuram, etiamsi prorsus abiudicari non possit ab Aeschylo, tamen haudquaquam tam saepe ab eo admissam esse, ut dici possit ei *placuisse* et probata esse non minus fere atque penthemimeres et hephthemimeres, immo quam maxime vitatam et paucissimis iis locis, quibus omni destituta excusatione occurrit, licentiae potius et negligentiae quam consilio poetae tribuendam esse. Quod non minus probabiliter in *Sophoclis*, ad quem iam transgredimur, tragoediis a me demonstrari posse spero.

Ut autem ea primum proferam exempla, quibus caesurae duritia mitigatur praegressa voce monosyllaba, ex Antigona commemorandi sunt hi trimetri:

v. 518 πορθῶν δὲ τήνδε γῆν· ὁ δ' ἀντιστὰς ὕπερ,

quo praeterea sequenti vocula monosyllaba offensio aliquantum removetur et variatio rhythmi sat magna exsistit,

v. 555 σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν,

ubi concedendum sane est sententiae depingendae studium legibus rhythmicis praevaluisse, ita ut Antigonae et Ismenae consilia eodem plane pedum numero expressa ex adverso sibi opponerentur; una vero excepta oppositione prorsus non perspicio, quid hac caesura delineari possit, et non possum non iterum iterumque improbare Preussii et praecipue Gruppei studium, quo ea, quae *verbis* expressa sunt, *caesura* quoque nostra significari voluerunt; v. 679

κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν

pausa post particulam γάρ et vocula πρός caesurae mediae offensio ad nihilum fere recidit;

v. 899 μῆτερ, φίλη δὲ σοί, κασίγνητον κάρα

vox etiam post vocativum μῆτερ insistenda est. Aiacis huc pertinent v. 437

ἐγὼ δ' ὁ κείνου παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον,

ubi sententia exiguam tantum pausam efflagitat et pes quartus voce monosyllaba incipit;

v. 1129 μή νυν ἀτίμα θεούς, θεοῖς σεσωσμένος,

v. 1377 ὅσον τότ' ἐχθρὸς ἦν, τοσόνδ' εἶναι φίλος,

quorum utroque negari non potest oppositionem si non eleganter at perspicue et sententiae accommodate caesura nostra indicari. Oedipi Regis huc cadunt

v.v. 12 ἐμοῦ προσαρκεῖ πᾶν· δυσάλγητος γὰρ ἄν.

968 κεύθει κάτωθεν γῆς· ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε

979 εἰκῆ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις,

quibus sola penthemimeris,

v. 110 ἐν τῇδ' ἔφασκε γῇ· τὸ δὲ ζητούμενον,

quo etiam hephthemimeris specie,

v. 1155 δύστηνος, ἀντὶ τοῦ; τί προσχρῄζων μαθεῖν;

quo altera insuper pausa incisionis offensio imminuitur[1]). In Electra tres extant trimetri huc pertinentes: v. 1036

ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθίας δέ σου,

quo duae res duabus versus aequis partibus expressae sibi opponuntur, 1205.

μέθες τόδ' ἄγγος νῦν, ὅπως τὸ πᾶν μάθῃς,

946 ὁρῶ. ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω,

---

1) Iuvat, ut exemplum afferam studii illius, quo Preussius caesurae mediae laudationem scribere gestit, commemorare, communi diversissimorum exemplorum gregi assignari ab eo Oed. Rgis v. 1153

μὴ δῆτα πρὸς θεῶν, τὸν γέροντά μ' αἰκίσῃ,

quo caesuram esse non posse asseverat post τόν ideoque caesuram mediam (!) post θεῶν statuendam esse.

ubi graviore post verbum *ὁρῶ* interpunctione utriusque versus partis aequitas tollitur.

Oedipi Coloneï versus commemorandi sunt 480.

ποῦ τοῖσδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε
607 *ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται,*
610 *φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος.*
1038 *χωρῶν ἀπείλει νῦν· σὺ δ' ἡπῖν, Οἰδίπους;*
1435 *σφῷν δ' εὖ διδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι.*

Philoctetae 57

λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς, τόδ' οὐχὶ κλεπτέον
1237 *τί φῄς, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;*

quibus altera accedit distinctio;

121 *ἦ μνημονεύεις οὖν ἅ σοι παρῄνεσα;*
297 *ἔφην' ἄφαντον φῶς, ὃ καὶ σώζει μ' ἀεί.*
366 *ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος.*
389 *λόγος λέλεκται πᾶς. ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν.*
435 *χοὖτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σ' ἐν βραχεῖ*
1049 *οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ.*
1261 *σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω.*

Versibus 503.

κεῖται παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θἄτερα
907 *οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς· ἐν οἷς δ' αὐδᾷς ὀκνῶ.*
1009 *ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ.*
1021 *σὺ μέν γέγηθας ζῶν, ἐγὼ δ' ἀλγύνομαι*

duae res aut personae ex adverso collocantur. Trachiniarum denique unus v. 761.

λείας ἀπαρχὴν βοῦς· ἀτὰρ τὰ πάνθ' ὁμοῦ

huc spectat.

Multo nimirum rariores ii sunt senarii, quibus pausa post pedem tertium necessaria sola voce monosyllaba insequenti lenitur, cum omnino haud multae extent voculae breves, quibus nova sententia seu pars sententiae inchoari

possit. Itaque duo revocari huc possunt versus Sophocleï, unus Electrae 1038:

ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ' ἡγήσει σὺ νῷν,

alter Aiacis 377

τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις.

quamquam hunc etiam uno tenore pronunciare possumus.

Eo maiorem exhibere licet eorum exemplorum copiam, quibus apostrophus duabus versus partibus comparibus et sententia diremtis ita interponitur, ut seiunctionis duritia magis minusve evanescat; ne vero nimis saepe eadem repetam, inde ab hoc loco litera a eos versus designabo, quibus oppositio caesura media depingi dici potest, litera b autem eos, quibus altera praeter mediam distinctio varietatem rhythmi restituit.

Ant. 74. 80[a.] 399[a.] 407. 544[b.] 1335[b.] Ai. 121[a.] 292. 294[a.] 392. 513[b.] 690. 768. 780. 785. 810. 942[a.] Oed. R. 9[b.] 46[b.] 328. 364. 419[ab] 548. 575. 697[b.] 786. 1061[b.] 1150. 1163[a.] 1244[b.] ubi Gruppe stuporem conclave intrantis caesura media delineari contendit. O. R. 1409[b.] 1442[b.] El. 44. 59. 360. 678[a.] 696[a.] 923. 938[a.] 1044. 1056[b.] 1302. 1338. Oed. Col. 23. 52. 266. 288. 462. 575. 1125. 1171. 1275 1407[b.] 1429. 1542[b.] Phil. 238. 342. 346. 359[a.] 613. 641. 655[b.] 676[a.] 990[b.] 1017. 1037[b.] 1056. 1397. 1437. Trach. 178. 472[b.] 614. 917. 927.

Dactylum porro vel tribrachum insequentis caesurae mediae nullum quidem indagare potui exemplum, sed liceat mihi eius loco nonnulla de eo observata huic disputationi adiicere.

Commemorandi autem iam sunt ii senarii Sophocleï, quibus etiam non adiuncto sententiae aliquo fine rhythmus infringitur eo, ut voces plurium syllabarum duorum versus membrorum comparium unum concludant alterum incipiant. Quorum numerus tam est exiguus, ut non possimus ratione certa, ut apud Aeschylum, demonstrare, eum una cum pro-

cedente fabularum aetate defecisse; duodecim enim inter sex milia quingentos octoginta sex trimetros extant huius generis exempla:

Ant. v. 1021 *οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοάς.*
Ai. v. 855 *καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών.*
994 *ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δή.*
1091^{b} *Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς·*
O. R. v. 598 1) *τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς ἅπαντ' ἐνταῦθ' ἔνι.*
640^{b} *δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν.*
738^{b} *ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;*
785^{b} *κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην, ὅμως δ'*
856 *κατέκταν', ἀλλ' αὐτὸς πάροιθεν ὤλετο.*
El. v. 330 *κοὐδ' ἐν χρόνῳ μακρῷ διδαχθῆναι θέλεις.*
Phil. v. 736^{b} *ὦ θεοί. Νε. τί τοὺς θεοὺς ἀναστένων καλεῖς;*
1369 *ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς*

Quid vero? haec exempla referesne cum Preussio ad iustam ac legitimam caesuram an non potius meras arbitraberis exceptiones et ex licentia quadam poetae profectas? —

Multo vero magis etiam hanc in partem ab Euripide, ad quem iam transimus, artem metricam provectam esse videbimus, cum in eius fabulis loci prioris generis, quo pausa post pedem tertium ex enuntiati terminatione nata aut apostropho aut vocula monosyllaba aut dactylo aut altera incisione attenuatur, satis frequenter occurrant, et ita quidem, ut vel Gruppeus saepe desperaverit, caesura media aliquid depingi, indeque negligentiae et levitatis Euripidis castigandae ansam nanciscatur, alterius autem generis trimetri, quibus sententiae quidem finis non est necessaria sed etiam excusationes illae desunt, paucissimi vel potius nulli inveniantur. Ut autem iustum sequar ordinem, ea primum enumerabo exempla quibus arsis tertia voce monosyllaba expressa pausam sermonis distinctione rhythmica imminuit:

---

1) elisio vocalis *ι* verba *αὐτοῖς ἅπαντ'* ita coniungit, ut omnis diluatur offensio.

Alc. 801$^{a.}$ 945$^{b.}$ 1135$^{b.}$ Med 696. Hipp. 10. 313$^{ab.}$ 885. Hercl. 238. 424$^{a.}$ Hec. 230$^{b.}$ 251$^{b.}$ 319. 863. 960. 1111$^{b.}$ Suppl. 270. 707. 764$^{b.}$ 1093. Andr. 646$^{a.}$ 1240. Tro. 388. 621. 1236$^{b.}$ Hel. 576^{a} 586. 986$^{a.}$ 1207$^{b.}$ Phoen. 525. 522$^{a.}$ 739. 762. 1008$^{b.}$ 1322. 1327$^{b.}$ Or. 1028$^{b.}$ 1053. 1221. Ion. 658. 1005$^{b.}$ 1025$^{a.}$ 1047$^{b.}$ 1373. 1534$^{a.}$ El. 246. 1042. H. fur. 1243. 1288. Iph. T. 60. 87. Iph. A. 665. 732. 1003. 1460. [1529$^{b.}$ 1576.] Bacch. 496$^{b.}$ 672. 915. Cycl. 100$^{b.}$ 353$^{b.}$ 517. 556.

Duodeviginti igitur horum exemplorum offensio altera accedente distinctione prorsus fere removetur, cum novem tantum oppositionem versus partium aequitate delineatam exhibeant.

Trium deinde trimetrorum mentio hic facienda est. quibus quartus pes utpote voce monosyllaba inchoatus caesurae mediae duritiam mitigat:

Suppl. 380.

in cantico chorico positi, Hel. 86$^{b.}$ Iph. A. 300$^{b.}$

Apostrophus porro hisce senariis excusationem eï affert;

Alc. 1. 71. 184$^{b.}$ 300. 390$^{b.}$ 402$^{b.}$ 538. 636$^{a.}$ 644. 961. Med. 19. 382. 783. 800. 934. 1048. 1130. Hipp. 322. 330. 344. 357$^{b.}$ 900$^{b.}$ 1039$^{a.}$ 1240. 1451$^{b.}$ Hercl. 59$^{b.}$ 62. 511$^{b.}$ 516. 551$^{a.}$ 648. 724$^{a.}$ 730. 824. 1019. Hec. 4$^{b.}$ 252. 299. 385$^{b.}$ 412$^{b.}$ 438$^{b.}$ 493$^{ab.}$ 533. 945$^{b.}$ 1103$^{b.}$ 1147. Suppl. 254$^{b.}$ 338. 437 1). 467^{a} 2). 514$^{b.}$ 521. 744$^{a.}$ 768$^{b.}$ 860 3). 1103. 1184^{b} Andr. 63. 216. 389. 401. 432. 559. 847. 865. 946. 974. 1067. 1123. Tro. 9. 660. 1007. 1170$^{b.}$ 1276$^{b.}$ Hel. 49$^{a.}$ 102. 787. 859$^{b.}$ 886$^{b.}$ 983. 1164$^{b.}$ 1219. 1237. 1611. Phoen. 19. 74. 572$^{b.}$ 736$^{b.}$ 769. 925. 931$^{a.}$ 1267$^{b.}$ Or. 220$^{a.}$ 290. 483$^{a.}$ 526. 552$^{b.}$ 586. 871. 1054. 1123. 1170. 1190. 1240^{a} 1258$^{b.}$ 1334. Ion. 326. 384$^{b.}$ 429^{b} 770$^{b.}$ 855. 938. 947$^{b.}$ 1029$^{b.}$ 1032. 1166.

---

1) iam a Stobaeo omissus.
2) Heathius coni. *δ' ἐναντία*, Porsonus *τἀντία*.
3) Haud dubie scribendum est *ἐγὼ δέ*.

1180^{b} 1207. 1454^{b} 1587. H. fur. 2. 76^{a} 152. 173 500^{b} 536. 746. 921. 974. 1111. 1139^{b} 1208. 1391^{a} El. 64^{b} 78. 96. 284^{b} 332^{b} 417. 570^{b} 768^{b} 1258. Iph. T. 535^{b} 1011. Iph. A. 297^{b} 303^{a} 1129. 1200. 1463. Bacch. 244. 247. 440. 506. 686. 1250. Cycl 32^{b} 92. 420^{a} 424^{b}.

Decem et septem igitur trimetris duae res aequis versus partibus expressae sibi opponuntur, quadraginta autem sex versibus altera pausa nostrae vim infringit; accedit quod permultis locis vox apostropho instructa aut ea, quae sequitur utpote unam syllabam comprehendens caesurae semiquinariae aut semiseptenariae speciem infert eoque distinctionis mediae, quam saepe ob lenissimam tantum sententiae terminationem statui, molestiam penitus exstinguit.

Ad eos iam pervenientes senarios, quibus post solutam arsin tertiam vox ob sententiam remittenda est, animadvertimus, antiquissimas Euripidis fabulas eiusmodi exemplis prorsus vacare et sensim demum una cum tempore eorum usum invalescere: nullum igitur in Alcesti, Medea, Hippolyto, Heraclidis, Hecuba reperire potui versum huc revocandum, in Supplicibus duos: 1161^{b} 1167. qui utpote canticis commaticis inserti nullo sunt numero et loco; in Andromacha unum: 17. in Troadibus iterum unum: 1166. in Helena sex: 1027^{b} 1236. 1241. 1400. 1450. 1521. in Phoenissis quinque: 46. 64. 432^{b} 450. 849^{b} in Oresta totidem: 63. 393. 542. 665^{b} 1076^{a} in Ione duos: 751^{a} 1036. in Electra quatuor: 43. 835. 979. 1094. in Hercule furenti duos: 592^{b} 1168. totidem in Iphigenia Taurica: 472. 1015. et in Aulidensi: 464. 746. in Bacchis quinque: 291. 346. 831. 968^{a} 1002. quorum ultimus cantico chorico inmixtus est, in Cyclope denique quatuor: 159. 201^{b} 430^{b} 572.

Restat ut paucissimos eos consideremus trimetros, qui his excusationibus eoque omni distinctione rhythmica destituti videntur esse; quorum numerum iam Elmsleius quidem

loco supra allato ad nihilum redigere conatus est, sed nihilominus nonnulla aut corrigenda aut supplenda mihi reliquit.

Baccharum v. 1114:

λαβοῦσα δ' ὠλέναις ἀριστερὰν χέρα

cum omissione literae *ι* in dativo *ὠλέναις* excusetur non plus praebet offensionis atque ii trimetri, quorum caesura media elisione attenuatur. Eodem referendus est, quem Elmsleius omisit, Hecubae v. 353^{b}:

γουναιξί, παρθένοις ἀπόβλεπτος μέτα;

minus vero etiam offendendum est in eiusdem fabulae v. 1137, quippe qui non, ut ab Elmsleio exhibetur:

γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν

sed ita in optimis codicibus tradatur:

γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι διὰ χερός.

recte autem Kirchhoffius posteriorum librorum scripturam *χερῶν* seu *χεροῖν* librario tribuisse et totum illud *ἀμείβουσαι διὰ χερός* glossematis ad vocem *διαδοχαῖς* adscripti loco habuisse mihi videtur; sine ulla certe dubitatione hic versus ita est comparatus, ut eo defendi non possit Euripideus Alexandrinorum versuum usus. Ii porro senarii, qui canticis choricis inmixti sunt, non magis huc pertinent, cum, ut iam saepius vidimus, aliis atque dialogi trimetri legibus adstricti sint:

Tro. 1313 *κόνις δ' ἴσα καπνῷ πτέρυγι πρὸς αἰθέρα.*

El. 1195 *τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα προσόψεται,*

quo quidem loco alii aliter versus distinguunt,

Hel. 1215^{b} *τάλαινα, πῶς ἔτλας φόνον δι' ὀμμάτων*

Ion. 1448 *ἰὼ ἰὼ λαμπρᾶς αἰθέρος ἀναπτυχαί,*

cuius exempli mentionem Elmsleius neglexit; gravius autem est, quod huc cadere opinatus est Troadum v. 1305:

ἄταφος, ἄφιλος, ἄτας ἐμᾶς ἄϊστος εἶ;

cum enim appareat versus 1309—1325 versibus 1292—1308 antistrophice respondere ideoque verba *ἄταφος κτλ.* adaequanda esse verbis

(ἐ)μὸν ἴχνος, ἴτ' ἐπὶ τάλαιναν δούλειον ἀμέραν βίον,

atque ita quidem ut post vocem *ἄφιλος* aliqua intercidisse coniiciatur, omnino de trimetri usu hic cogitari plane nequit. Magis nimirum etiam ab iis discedendum est versibus, qui non ab ipso Euripide profecti sunt: Iph. Aul. v.v.

1575 *ἱρεὺς δὲ φάσγανον λαβὼν ἐπεύξατο.*

1590 *προὔθηκε βωμίαν, ἔλαφον ὀρειδρόμον.*

Dan. v. v. 4 *Ἀκρίσιος εἴληχεν, τύραννος τῆσδε γῆς.*

46 *ἐκ Διὸς ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν,*

quae ipsa exempla, cum per tam exiguum dispersa sint spatium, confirmant, hos locos ab Euripide esse abiudicandos. Electrae deïn

v. 545b. *ἐκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.*

non est cur, ut Elmsleius vult, mutetur in *σκοποὺς λαθὼν ἐκείρατ' ἢ τῆσδε χθονός*, cum verba *τῆσδε σκοπούς*, ut syllaba *δε* producatur, quam arctissime iungenda sint, omnis igitur, quam praebet seiunctio, offensio in plane contrariam coniunctionis laudem vertatur. Eadem ratione defendi potest Helenae v. 1209

οἰκρότατον ὑγροῖσι κλυδωνίοις ἁλός,

quem plerique quidem editores cum Hermanno ita scribendum censent: *οἴκρόταθ' ὑγροῖσιν ἐν κλυδ. ἁλός*, ut mihi quidem videtur, sine iusta causa. Herculis porro furentis v. 1138 caesura media non librorum nititur auctoritate sed Stephani demum coniectura *κατεμπρήσας* illata est; in codicibus enim legitur: *ἢ σάρκα τὴν ἐμὴν ἐμπρήσας πυρί*, quae scriptura cum metro non satisfaciat, Dindorfius hanc proposuit emendationem:

ἢ σάρκα τήνδε τὴν ἐμὴν πρήσας πυρί,

quae utpote lenissima — *τήνδε* enim ob sequentes syllabas *τηνε* facillime omitti et *εμ* propter antecedens *εμην* non minus facile sese insinuare potuit — et taetra incisione vacans illi Stephanianae longe praeferenda est.

Postquam igitur ab hisce exemplis omnibus discedendum esse demonstravimus, septem remanent trimetri Euripideï, quos, quales traditi sunt, negari non potest distinctione illa rhythmi vim et naturam delente esse vitiatos; quorum cum numerus, si immensam caeterorum Euripidis senariorum molem spectamus, tam sit exilis, ut vix dubitare liceat eum mutationibus tollere eoque elegantiam rhythmicam dialogo Euripideo integram restituere, magis etiam ad eas impellemur et perducemur, si nonnullos horum exemplorum iam aliis ex causis offendendi ansam dare animadverterimus. Ita Helenae v. 85

ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος ἐξαυδᾶν σε χρή;

cum ad caesuram mediam tum ad anapaestum hoc loco prorsus inusitatum removendum Pflugkii emendatio *τίν' ἐξαυδᾶν κτλ.* probanda est; quod enim Porsonus — adversariorum p. 269, ed. novae p. 237 — proposuit *ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος τ'; αὐδᾶν σε χρή*, id alteri tantum difficultati medetur. Similiter Hippolyti v. 1309

ἔδωχ' ὅσονπερ ἐχρῆν, ἐπείπερ ἤνεσεν

leni mutatione *χρῆν*, quam iam librarii in posterioribus codicibus posuerunt, et caesurae duritia mitigatur et intolerabilis anapaestus eliminatur. Supplicum porro v. 304

σφάλλῃ γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ τἄλλ' εὖ φρονῶν

praeter offensionem rhythmicam sententiam continet adeo inconcinnam et ab hoc loco alienam, ut de eius interpolatione cogitare audeam. Mater enim postquam filio cavendum esse, ne contra deos peccando intereat, dixit non potest hanc adiicere causam ‘interis enim hoc solo, scilicet peccato, caetera bene moratus’, quia ille nondum re vera contra deos peccavit, nondum mulieres supplices reppulit, nondum igitur interire dici sed cavere tantum, ne intereat, iuberi potest; deinde vero parum recte dictum est *ἐν τούτῳ μόνῳ*, cum statim post a matre alterum addatur, quod eï non minus dignum videatur esse admonitione, spectans illud ad iniuriarum persequendarum partes susceptas semperque tuendas; ergo in

hanc quoque partem cavendum erat Theseo, ne labeficeret — *σφάλλῃ* —, qua enim alia de causa Aethra tot de ea verba fecit? hic quoque igitur addi potuit 'cave ne labaris' vel simile quid; falso proïnde supra dictum erat *μόνῳ*. Accedente denique molestissima verbi *σφάλλειν* iteratione non, opinor, dubitabis hunc iam per se mirifice languentem versum interpolatori tribuere. Ex eo, quod iam superest, exemplorum quaternione Cyclopis quidem v. 7

Ἐγκέλαδον ἰτέαν μέσην θενὼν δορί

a maiore dramatis satyrici libertate veniam impetrat, tres autem reliquos versus ex iis, quae disputavi, non vereberis leniter immutando taeterrima purgare offensione rhythmica. Itaque Suppicum v. 702

καὶ συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατόν

elegantissima Blomfieldi mutatio, si ita dici potest, *συμπατάξαντ' ἐς* comprobanda est, Baccharum v. 955

μόνος γὰρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ τολμῶν τάδε

cum Elmsleio verba ita transponimus:

μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνὴρ τολμῶν τάδε,

Orestae denique versu 410

δουλεύομεν θεοῖς, ὅτι ποτ' εἰσὶν θεοί

cum recentioribus codicibus legimus

δουλεύομεν θεοῖς, ὅτι ποτ' εἰσὶν οἱ θεοί.

Sed ut ferri possint hae tres exceptiones, illud certe satis iam explanatum existimo, Euripidem, ut in pedum solutione adamanda elegantia, ita in huius generis versibus vitandis severitate cum Sophocle tum Aeschylo longe esse superiorem.

Quod priusquam fragmentis quoque disceptetur, ea laudanda mihi videtur fabula, quam utpote omnibus, quae ad compositionem et personarum descriptionem pertinent, artis legibus exemtam ab Euripide non profectam esse iam pridem asseveratur. Quod quomodocunque se habet, illud certe negari non potest, Rhesum, si caesuram mediam et solutio-

nem pedis tertii spectamus, severitate et simplicitate enitescere: praeter enim v.v.

161^{a} *οὐκοῦν πονεῖν μὲν χρή, πονοῦντα δ' ἄξιον*

377^{b} *χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, τύραννε τῆσδε γῆς.*

569^{b} *θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς,*

quibus vox monosyllaba, et v.v.

861 *σὺ δ' οὖν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοι δοκεῖ*

958 *ψυχὴν ἀνεῖναι τοῦδ', ὀφειλέτις δέ μοι,*

quibus apostrophus pausae mediae aciem infringit, nullum inveni trimetrum ad aliquam disputationis nostrae partem referendum; omnino vero, quantum equidem quaesivi, huius fabulae senarii si non eleganter at pure et emendate compositi sunt; unde sane haudquaquam statim, ad superiorem aetatem eam esse revocandam, colligere licet.

Ad fragmenta[1]) iam transgredientes iterum videmus, tres illos tragoediae principes in caesura media aut vitanda aut admittenda et in solutione arsis tertiae aut fugienda aut adamanda aliquantum discrepare. Ut autem eos primum commemorem trimetros, quibus incisio post pedem tertium voce monosyllaba antecedente mitigatur, apud Aeschylum, cuius quadringenta quinquaginta duo extant fragmenta, unum inveni exemplum, incertae fabulae, 319:

αὐτός σε χρώιῃ Ζεὺς καταστάξας χεροῖν,

apud Sophoclem, cuius mille viginti duo supersunt, iterum unum ex Creusa allatum, frm. 329:

ἄπελθ' ἄπελθε παῖ· τάδ' οὐκ ἀκουστέα,

apud Euripidem, cuius mille centum decem et septem nobis servata sunt, septem frm. 145

μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

195 *ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει.*

284 *τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκίπους ἀνὴρ*

587^{ab} *ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ', ἐφ' οἷς λέγει*

---

1) Tragicorum Graecorum fragmenta rec. A. Nauck. 1856.

611 ὅταν δὲ πράξωσ' εὖ, διωθοῦνται χάριν
757 εἰς γῆν φέροντες γῆν. ἀναγκαίως δ' ἔχει.
1076 νόμον τὸν ἐχθρὸν δρᾶν, ὅπου λάβῃ κακῶς.

Sequens vocula monosyllaba excusationem caesurae affert uno fragmento Sophocleo 307, dramatis satyrici:

ὅτι ἂν τι γίγνηται, τὰ πάντ' ὄνου σκιά.

Apostropho deinde comparium versus partium seiunctio attenuatur uno Aeschyleo frm. 295:

ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεούς,

tribus Sophocleïs 327:

αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ'· ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ,
806b παῖδας γάρ, οὓς ἔφυσ', ἀναλώσας ἔχει.
1021 κἄπειτα σώσει πάντ', ἃ πρόσθ' ἀπώλεσεν,

quorum ultimum utpote falsarium nullo est numero, novem Euripideïs:

37 ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός,

ubi fortasse vox *ἀνήρ* etiam ad enuntiatum relativum revocari potest,

135a πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.
415 ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ' ἃ σιγᾶσθαι χρεών.
417 ἐπίσταμαι δὲ πάντ', ὅσ' εὐγενῆ χρεών.
460 ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ' ὅπερ πάντες βροτοί.
529 εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτέ
775b μνησθείς, ὅ μοί ποτ' εἶφ', ὅτ' εὐνάσθη θεός.
830b τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν.
890 ἐρᾷ μὲν ὄμβρον γαῖ,' ὅταν ξηρὸν πέδον.

Ad eos pervenientes locos, quibus post solutam arsin tertiam vocis flagitatur remissio primum omnino ea congeramus exempla, in quibus una cum huius modi arsi etiam vocabulum aliquod desinit; quod Aeschylus quinquies admisit: 173. *σκοπὸς — ἀεί.* 297. *δύο — γάρ.* 349. *σύ με — καταίθειν.* 452. *ποτὲ — μέν.* ibidem *ποτὲ δ' — ὕδωρ* (?) [1]), sed ita ut

1) versus interrogationis signo notati spurii videntur esse.

semper dactylo sit usus; Sophoclea extant exempla quatuor: 264. *νόμον — ἔχει.* 343. *πατέρ' — ἔχων.* 435. *μετὰ — κοπήν.* 1021 (?) [1]) *δύο — τρίβους,* iterum omnia dactylica; inter Euripidis denique fragmenta triginta sex repperi trimetros solutione aut dactylica aut tribrachica instructos, atque hac quidem octo: 142. *ὅ σε — φυλάξασθαι.* 259. *δύο — κακῷ.* 345. *ὀλίγ' — ἔχω.* 362. *δάκρυ' — ὅταν.* 392. *παρὰ — σοφοῦ.* 628. *παρὰ — δίκην.* 736. *τὸ γὰρ — ἔχειν.* 1039. *σκότον — ἔχει,* reliquos dactylica: 35. *τὸ δὲ — μεθίσταται.* 49. *Πρίαμ' — ὅμως.* 59. *διὰ — τό.* 123. *διὰ — μέσου.* ib. *πόδα — τίθημ',* 148. *μέγα — φρονοῦσι.* 275. *διὰ — τέλους.* 277. *μεγάλ' — ἔχειν.* 278. *τὰ μὲν — ὄκνῳ.* ib. *θρασὺς — ὑπερβάλοιτο.* 287. *διὰ — τέλους.* 362. *μίαν — ὕπερ.* 424. *διὰ — μακρῶν.* 429. *πλέον — ἔχειν.* 502. *πατέρ' — ἔχει.* 519. *πεδί' — ἔχουσ'.* 538. *τὸ δὲ — κατά.* 544. *ὑπὸ — λεοντόπουν.* 555. *φρένα — διαφθείρων.* 609. *ἄδικ' — ἐν.* 757. *κατὰ — φύσιν.* 773. *ὅτι — τυφλός.* 781. *φλόγα — μέν.* 818. *διὰ — πόνων.* 872. *βίον — ἄλυπον.* 880. *δύο — κύβῳ.* 1024. *τάγε — δίκαι'.* 1039. *μόνον — ἀεί.* Inter haec exempla duo invenies, quibus solis per universa tragicorum fragmenta sententiae aliqua terminatio post solutum pedem tertium statuenda est:

49ab σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', ὅμως δέ σοι λέγω
609a οὐκ ἔστι τὰ θεῶν ἄδικ', ἐν ἀνθρώποισι δέ.

Plane autem contraria numerorum ratio inter hos tragoediae principes intercedit, si eos asciscimus trimetros, qui non quidem sententiae fine in duas aequas necessario seiunguntur partes, sed nihilo secius multo magis rhythmo repugnant, quippe qui omnibus illis excusationibus destituti vocibus plurium syllabarum in membra molestissime conformia et consona dilabantur. Cuius generis exempla in fragmentis Aeschyleïs duo repperi:

285 ἄτεγκτος ἄνθρωπος παρηγορήμασιν.
452 (?) ὑπηρετεῖ δ' αὐτῷ θάλασσα καὶ πέτραι,

in Sophocleïs tria:

301 *πέρδικος ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις,*
ubi elisione vocalis *ι* seiunctio tollitur,

306 *οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ σταθμή.*

856 *ἔνεστι δ' ἐν χερσοῦ τετρασκελεῖ γονῇ,*
in Euripideïs nullum, in omnium denique posteriorum tragicorum reliquiis unum idque ex dramate satyrico depromptum: Lycophronis enim fragmento primo^{b} legimus:

κατέχω δεδειπνηκώς, Ἄπολλον, ὡς καλόν.

Non igitur tam Euripideae arti quam progredienti aetati huius caesurae mediae generis, cuius vitandi studium etiam in Aeschyli et Sophoclis fabulis satis dilucide spectatur, severa vitatio tribuenda videtur.

Ab his, quae de iambographorum et tragicorum trimetris disputavimus, si iam ad poesin comicam transgredimur, plurima fere contrario vel certe diversissimo modo comparata esse statim intelligimus. Ita cum apud illos eorum versuum, quibus offensio rhythmica sequenti vocula monosyllaba imminuitur, paucissima extiterint exempla, eorum, quibus antecedens vocula excusationem praebet, numerum haud ita exiguum invenerimus, apud Aristophanem vice versa quatuordecim extant trimetri ad alterum, viginti sex ad prius referendi genus; ad illud enim pertinent Acharn. v. 911. Nub. 1085. Vesp. 1198. 1379. 1381. Av. 1672. Lys. 122^{b}. 208. Thesm. 27^{b}. Plut. 57. 119. 151. 714. 883. Equitum, Pacis, Ranarum, Ecclesiazusarum nullus huc quadrat trimeter. Ad hoc vero genus revocandi sunt: Ach. 727. Equ. 79^{a}. 118^{b}. 131^{b}. 673. 1023. Nub. 729^{b}. 1201. Pac. 879^{b}. 883^{b}. Av. 57^{b}. 92. 841. 1651^{b}. Lys 162^{b}. 861^{b}. Thesm. 89^{b}. 620. 760. Ran. 1416. Eccles. 137. 316. 865^{b}. Plut. 354. 665. 908^{b}. 933. in solis Vespis nullum indagare potui exemplum

Paullo magis cognata poetas tragicos et comicos coniungit ratio in apostropho ad pausam attenuandam adhibenda, quamqam, si ea opposuerimus exempla, quae omni destituta

sunt excusatione, vix nobis persuadebimus, in Aristophanis fabulis eam ex acri difficultatis leniendae studio fluxisse. Equitum huc cadunt v.v. 75. 677. 732^{b}. 1204^{a}. 1207^{b}. 1244. 1352. Nub. 487^{a}. 760^{b}. 780. 822. 823. 1177. Vesp. 6. 117. 119. 160. 973^{b}. 1003^{b}. 1129. Pac. 20. 110. 424. 453^{b}. 688^{b}. 694^{b}. 705^{b}. 1198^{b}. 1233^{b}. Av. 40. 1200^{b}. 1401^{b}. 1534. Lys. 46. 742. Thesm. 97. 155^{a}. 215. 275. 390. 418^{a}. 490^{b}. 611. 647^{b}. 766^{b}. 866^{a}. 886. 919. 1115. Ran. 532^{b}. 550^{b}. 577. 613. 617. 1135. 1155^{b}. 1163. 1229. Eccles. 146^{b}. 193. 261^{b}. 270. 510^{a}. 775. 837. 1083^{b}. Plut. 74. 471. 738^{b}. 783. 1151.

Unis igitur Acharnensibus exceptis Aristophanes satis frequenter apostropho media usus est, atque adeo saepe — viginti tribus locis — alia insuper pausa versus in compares partes seiunctionem propemodum sustulit, cum paucissimis — quinque — locis oppositio caesura media depingi dici possit.

Post solutam deinde arsin tertiam ter animadverti vocem ob sententiam esse summittendam:

Ach. 144 *ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ', Ἀθηναῖοι καλοί*
Vesp. 1286 *καί με κακίαις ἔκνισε· κᾆθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην.*
Pac. 833 *ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;*
in secundo vero et tertio fabularum Aristophanearum ordine et in omnium, qui sequuntur, comicorum fragmentis nullum reperire potui exemplum, quamquam ipsa arsis tertiae solutio eadem atque ante frequentia adhibetur. Senserunt scilicet vel poetae comici, nimis violenter breves syllabas natura sua quam arctissime iungendas sententiae absolutae necessitate divelli.

Quod duritiae vitandae studium prorsus quidem desperandum videatur, si ad eos iam nos convertimus senarios, quibus vocibus plurium syllabarum duo aequa membra et terminantur et inchoantur, quo saepenumero etiam pausa sententiae fine flagitata accedit; sed vel in horum exemplorum ubertate eam statui posse rationem existimo, qua, ut aetas fabularum progreditur, ita eorum numerus aliquantu-

lum deficit: ex Acharnensium igitur octingentis septuaginta trimetris huc pertinent sexaginta:

37. 78. 83. 96. 111. 113. 130. 141. 147. 148^{b}. 163^{b}. 170^{c}.[1]) 172^{a}. 180^{b}. 194. 257^{b}. 356^{b}. 380^{b}. 401. 409^{c}. 426. 434^{c}. 465^{b}. 477^{b}. 499^{c}. 524. 526. 532. 535^{c}. 538. 549^{b}. 603^{c}. 605^{c}. 617^{cb}. 728^{b}. 748. 761^{b}, quo versu verba *ποῖα σκύροδ'* ob positionem, quam consonantes *σκ* efficiunt, uno tenore pronuncianda sunt. 764^{b}. 794^{c}. 801^{c}. 813. 819. 826. 874^{b}. 878^{c}. 920. 922^{b}. 954^{b}. 957. 961. 970. 1022^{b}. 1027^{c}. 1067^{c}. 1068. 1086^{b}. 1088^{b}. 1089. 1139. 1176^{b}. 1218^{c}. ex Equitum sexcentis septuaginta septem trimetris quadraginta quatuor: 37^{b}. 62. 113. 160^{b}. 170. 173. 218^{b}. 465. 486. 491. 493^{b}. 642^{cb}. 648^{b}. 653. 656. 661. 667. 671^{cb}. 678. 714. 736^{b}. 754. 946^{b}. 959. 961. 970^{b}. 1008^{c}. 1011. 1027. 1102^{b}. 1152^{b}. 1159. 1168. 1176. 1192^{b}. 1228^{b}. 1258. 1370. 1374. 1375^{b}. 1382. 1406. ex Nubium septingentis septuaginta octo senariis triginta septem: 16^{a}. 50^{cb}. 51^{cb}. 126. 127. 141^{c}. 157^{b}. 169. 173. 185^{b}. 212. 231. 499. 509^{b}. 678^{b}. 730. 735. 747. 754. 775. 779. 797. 834. 839. 873. 881. 1086. 1111^{b}. 1131^{cb}. 1142^{c}. 1161^{b}. 1237. 1246^{c}. 1268. 1276. 1303^{b}. 1335^{ac}. ex Vesparum septingentis septuaginta trimetris quadraginta tres: 11. 53. 73^{c}. 90. 102. 103. 104. 131. 145^{b}. 152^{bc}. 164. 192. 228^{b}. 779. 845^{b}. 895. 937^{b}. 941^{b}. 948. 951^{b}. 979^{b}. 1001^{b}. 1135^{b}. 1141^{c}. 1146^{b}. 1159. 1162^{b}. 1174. 1185. 1196. 1223^{b}. 1252. 1305^{bc}. 1395. 1396. 1398. 1399^{bc}. 1401. 1407. 1413^{c}. 1419. 1421. 1439. ex Pacis septingentis trimetris duodequadraginta: 32. 61^{b}. 73. 78. 129. 236. 257^{b}. 259^{b}. 287. 365. 370. 418. 419. 421. 423^{b}. 439. 451. 455^{c}. 479^{b}. 504^{c}. 539. 542. 552. 671. 674. 677^{b}. 704. 714^{b}. 840. 877^{b}. 923. 957. 961^{c}. 971. 1199^{b}. 1214. 1235. 1258. ex Avium nongentis triginta duobus versibus duodesexaginta: 3^{b}. 29.

1) Litera c eos designo versus, quos sententia in duo plane aequa dividit hemistichia.

37. 47^{b}. 56^{b} 73^{b}. 76. 77. 117. 133^{b}. 136^{b}. 149. 182^{c}. 184. 189^{b}. 198^{b}. 200. 666^{b}. 815. 819^{b}. 821. 825. 828. 830^{b}. 889^{b}. 948^{b}. 949. 954^{b} 957. 1028^{b}. 1054^{b}. 1119. 1139. 1201^{b}. 1212^{b}. 1217. 1230^{b}. 1252. 1260^{b}. 1290^{b}. 1291. 1406. 1429. 1542^{b}. 1543^{b}. 1551^{b}. 1610. 1617^{b}. 1618. 1625. 1626. 1628^{b}. 1638^{b}. 1639. 1654^{b}. 1655^{b}. 1673^{b}. 1690^{b}.

Quod supra de aetate contendimus, turbari quidem videtur magno exemplorum in hac fabula numero, sed, si eorum naturam inspexerimus, ne hic quidem, progressum aliquem cognosci, infitiabimur: triginta enim trimetris aliis atque medio in versu locis vox remittenda est, ita ut paululum certe de offensione rhythmica deminuatur, unus autem solus sententiae necessitate in compares partes divellitur.

In Lysistratae porro septingentis quindecim senariis exempla extant viginti quinque: 13. 103. 148^{c}. 217. 218. 225 226. 412^{b}. 417. 610^{c}. 719^{c}. 741. 743. 754^{c}. 778. 856^{b}. 897^{c}. 984. 991^{c}. 1010. 1095^{b}. 1139. 1186. 1220^{c}. 1229. 1246.

In Thesmophoriazusarum octingentis tredecim versibus exempla triginta tria: 72^{b}. 133. 135. 153^{c}. 157^{b}. 167. 219^{b}. 239^{b}. 241^{b}. 284^{b}. 375 386 396^{c}. 401^{b}. 419^{c}. 443. 444. 450. 453. 469^{b}. 495. 503^{b}. 591. 602^{b}. 605^{c}. 610^{bc}. 625^{b}. 632^{b}. 850^{b}. 863. 1061. 1209.

In Ranarum octingentis septuaginta quatuor trimetris exempla viginti quinque: 52. 57^{bc}. 71^{b}. 137. 202^{b}. 273^{c}. 310. 480^{b}. 524^{b}. 525. 627^{b}. 663^{b}. 746. 755^{b}. 762.^{b}. 848. 865^{b}. 1167. 1216. 1230^{b}. 1231. 1378^{b}. 1413^{b}. 1435. 1424^{b}. in Ecclesiazusarum octingentis nonaginta quinque senariis exempla triginta: 35^{b}. 73. 54^{b}. 77. 106. 119^{b}. 180. 187. 194^{b}. 229^{bc}. 313. 314. 327^{b}. 337^{c}. 343. 450. 528. 718. 722. 742. 743^{b}. 751. 771^{b}. 860^{b}. 874. 1007. 1062^{b}. 1110. 1138. 1151. Obiecerit sane mihi aliquis huic una cum aetate fabularum decrescenti exemplorum numero haud multum posse tribui, cum ipsa postuma Aristophanis comoedia, Plutus, maxima versuum huc spectantium copia insignita sit: inter mille enim

septem trimetros sexaginta duo ita comparati occurrunt: 21. 58^{b}. 62^{b}. 68. 171. 174. 176. 192^{bc}. 195. 222^{b}. 224. 324^{b}. 331. 335^{c}. 339 343^{b}. 363. 381. 388^{b}. 394^{b}. 410^{b}. 459. 627. 646. 658. 664. 676. 679. 682. 686^{c}. 706^{b}. 710. 720^{b}. 744^{b}. 768. 775. 808. 833^{b}. 841. 863^{b}. 865. 874. 902^{b}. 917^{a}. 918^{b}. 929^{b}. 934^{b}. 955. 986. 991. 997. 1005. 1020. 1029. 1038. 1040^{b}. 1045. 1082^{c}. 1145. 1157^{bc}. 1161^{b}. 1167. 1193. 1204. 1207.

Neque vero nimium audere mihi videor, si nihilominus in iis quae contendi, persisto, cum causa, cur haec ipsa fabula exemplis maxime scateat, facile possit inveniri: cum enim vel leviter legenti statim intelligatur, Plutum, cuius altera ad nos pervenit recensio, a vigore sermonis, a sententiarum libertate ac novitate, ab actionis varietate, quali omnes reliquae Aristophanis comoediae splendent, longe abesse, quidni etiam in rhythmica versuum structura iis esse inferiorem arbitrabimur? Illud igitur satis iam apparere existimo, si ab hac fabula disceditur, apud Aristophanem quoque aliquod quamvis pusillum huius versuum generis vitandi studium ex temporali fabularum ordine posse colligi.

Ex *fragmentis* denique *comicorum*[1] satis erit nonnullorum modo poetarum exempla huc conferre, atque ita quidem ut singulorum comoediae generum singulos autores consideremus. Inter Aristophanis igitur octingenta quinquaginta quinque fragmenta, quorum haud pauca aut ex canticis choricis deprompta sunt aut in solitariis tantum vocabulis constant, unus occurit trimeter, quo prioris versus partis sententia voce monosyllaba terminatur:

9^{a} *κοιτὼν ἁπάσαις εἷς, πύελος δὲ μί' ἀρκέσει;*

praeterea ultimae modo classis exempla repperi eaque viginti tria: 2^{b}. 99^{b}. 126. 149. 149. 156. 157. 248. 266^{bc}. 276. 316^{bc}. 316^{bc}. 319. 339. 424. 444^{c}. 480. 485^{b}. 525. 591. 597. 605.

1) fragmenta comicorum Graecorum collegit et disposuit Meineke Berolini 1839—41.

656. Multo etiam maiorem horum versuum copiam mediae comoediae exhibent reliquiae, unde apparere mihi videtur, illud imminuendae et tollendae rhythmi corruptionis studium de solo Aristophane posse statui et universam poësin comicam cum gliscente in dies depravatione temporum conspirare quasi et magis magisque licentiae negligentiaeque indulgere. Ex Antiphanis enim trecentis triginta fragmentis viginti septem afferre licet versus ad illum ordinem pertinentes: 1^{b}. 33^{b}. 44^{c}. 55^{b}. 68. 76. 89. 122. 125^{bc}. 125. 127. 128^{b}. 133^{c}. 151^{b}. 163. 167. 185^{bc}. 190. 191. 205. 206. 212. 244. 262^{c}. 275. 305^{c}.

Vocibus monosyllabis quatuor locis pausae duritia infringitur, atque antecedenti quidem fragmento 133, sequenti 68^{b}. 127^{a}. 203^{a}.

Breviter tantum Alexis quoque mentionem facio, quippe cuius reliquiis non minus illud, quod supra de depravatione dixi, comprobetur; inter trecenta enim triginta septem fragmenta exempla inveni quinquaginta quinque: 1^{b}. 16. 17^{b}. 17^{c}. 21. 29. 32. 35. 35^{bc}. 39^{b}. 40. 44. 45. 52. 58. 76^{b}. 77. 105. 109^{c}. 124. 125^{b}. 130^{c}. 132. 132^{c}. 132^{b}. 138^{a}. 140^{bc}. 143. 167. 196. 208. 214. 216. 217. 230^{bc}. 240. 245^{bc}. 250. 263^{b}. 266. 270. 274. 279. 286.

Non minor vero hanc in partem licentia cernitur in comoedia nova, ex cuius auctoribus hoc loco solum Menandrum commemoro et ne hunc quidem plene; sufficere enim mihi videtur, si ex dimidia fragmentorum mille duodequinquaginta parte sexaginta trimetros ad ea, quae contendi, confirmanda affero: 1^{b}. 8^{c}. 36. 41^{b}. 68. 68^{b}. 68^{c}. 87. 93^{bc}. 96. 106. 112^{b}. 130. 130^{c}. 130^{b}. 132. 134. 153^{c}. 157. 195. 199. 222^{bc}. 227. 237^{b}. 237^{b}. 238^{b}. 238^{bc}. 274^{b}. 275. 276^{bc}. 287^{c}. 290. 291. 292. 296^{bc}. 318^{c}. 343. 350. 352^{b}. 385^{b}. 393^{c}. 396. 398. 408. 421. 434. 438^{b}. 439. 450^{b}. 455. 470^{bc}. 471. 478^{ac}. 492. 504. 504^{b}.

Monendum praeterea est, in huius quoque trimetris saepius sequentem quam antecedentem voculam monosyllabam

incisioni excusationem praebere: illius enim exempla inveni tria, huius unum:

397 *δυνάμενον ἐμβλέψῃ, τότ' αὐτὸν ἐστ' ἰδεῖν.*
445b. *ἄφες τὸν ἄνθρωπον. τί κόπτεις, ὦ μέλε.*
474a. *τὰ πολλὰ κεκτῆσθαι· τὰ δ' ἄλλ' ἐλέγχεται.*

---

338 *καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς, ἵν' οὕτως ἥσθετο.*

Denique breviter ea, quae inter Menandri fragmenta et eiusdem sententias monostichas atque epigrammata intercedit, ratio significanda est: cum enim illa senariis caesura media vitiatis mirum quantum abundent, in his nullum plane extat exemplum; nam versum 367. — pag. 1053 —

μετὰ δικαίου ἀεὶ διατριβὰς ποίει

alias ob causas apparet emendandum essem et probabiliter emendatum esse a Meinekio

μετὰ τοῦ δικαίου διατριβὰς ἀεὶ ποίει

non minus elucet. Unde vero huius discriminis causa repetenda sit, facile perspicitur: cum enim sententiae ex Menandri fabulis in communem et praecipue scholarum usum congererentur et conglutinarentur, forma earum utpote a poesis gnomicae legibus maximopere abhorrens satis violenter immutabatur et si non elegantioribus at simplicioribus angustioribusque finibus circumscribebatur.

Disputationem cum iam ad umbilicum perduxerimus, paucis verbis ea, quae explanasse nobis nos videmur, repetere iuvat: caesuram mediam demonstravimus dici non posse legitimam iisque locis, quibus occurrit, plurimis certas quasdam habere excusationes; his destituta exempla apud iambographos et Euripidem nulla, apud Aeschylum et Sophoclem paucissima extare; vel ex Aristophane deinde aliquod eius vitandae studium elici posse ostendi; reliquorum denique comicorum exemplis afferendis eorum, quae antea disputavi, aciem non modo non infregi vel hebetavi, sed etiam acui et corroboravi.

Excursus prior.

De apostropho hic liceat mihi aliquam inserere observationem, quam etsi iam ab aliis prolatam tamen adhuc non satis plene demonstratam esse puto. Praecipuo enim studio, si apostrophus utrumque senarii partem iungebat, poetae id egisse videntur, ut medio in versu non voces graviores sed eae potius, quibus sententia non tam continetur quam continuatur, scilicet pronomina, praepositiones, particulae, copulae — collocarentur. Ita, ut singula recenseamus, in antiquiorum iambographorum fragmentis inter duodeviginti trimetros apostropho medio instructos unum reperies, quo haec, si ita dici potest, regula non est servata; Simonidis enim Amorgini frm. 6. voces

χρῆμ' — ἀνήρ

mediam senarii partem efficiunt. Inter universos porro Babrii choliambos, quorum numerus ad duo millia prope accedit, quatuor indagavi exceptiones: XIV 2 *σῶμ' — ἔφασκε* LXXV 11 *χαῖρ' — ἔφη* CXXII 8 *πνεῦμ' — ἀναλγές* CXXXI 19 *μέσοισ' — ἔσωσαν.* Ad Aeschylum transeuntes inter Prometheï quadraginta quatuor trimetros apostropho praeditos duos invenimus illa regula exemptos: 612. *δοτῆρ' — ὁρᾷς.* 708. *στεῖχ' — ἀνηρότους;* inter Supplicum versus 45 unum: 711 *τρέσητ' — ἀκούσασαι*, in Septem trimetris triginta quatuor et in Persarum triginta iterum singulos: illic v. 537 *ὄμμ' — ἔχων*, hic v. 821 *ἐξανθοῦσ' — ἐκάρπωσε*; per Agamemnonis porro unde octoginta senarios tres: 605. *τάχιστ' — ἐράσμιον*, 946. *ἐμβαίνονθ' — ἁλουργέσιν*, 1949. *πείθοι' — ἀπειθοίης*, per Choephororum versus quinquaginta octo duos: 752. *μοχθήρ' — ἀνωφέλητ'* 919. *πονοῦντ' — ἔσω*, per Eumenidum denique septuaginta versus exceptiones duas: 105. *μοῖρ' — ἀπρόσκοπος.* 481. *πῆμ' — ἀμηχάνως.*

Sophoclem[1]) si inspexeris, hunc quoque si non severe at insigni quodam amore in medio eoque apostropho instructo versu voculis levioribus usum esse animadvertes. Ita in Antigonae octoginta octo trimetris quatuor repperi, qui huic observationi adversantur: 77. ἔντιμ' — ἀτιμάσασ'. 413. ἄνδρ' — — ἀνήρ. 473. σκλήρ' — ἄγαν. 1169. σχῆμ' — ἔχων, in Ajacis versibus centum tolidem mihi occurrerunt: 435. καλλιστεῖ' — ἀριστεύσας, 650. δείν' — ἐκαρτέρουν. 803. πρόστητ' — ἀναγκαίας. 1162. φλαῦρ' — ἔπη, in Electrae centum quinque ter haec regula negligitur: 320. πρᾶγμ' — ἀνήρ. 695. στράτευμ' — ἀγείραντος. 1427. λῆμ' — ἀτιμάσει, inter Oedipi Regis centum viginti tres versus solus 1077. σπέρμ' — ἰδεῖν ea eximitur, ex Oedipi Coloneï totidem trimetris duos: 471. χεῦμ' — ἀκήρατον. 563. πλεῖστ' — ἀνήρ, ex Trachiniarum unde septuaginta senariis quatuor: 45. πέντ' — ἀκήρυκτος. 673. θαῦμ' — ἀνέλπιστον. 691. συμπτύξασ' — ἀλαμπές. 723. δείν' — ἀναγκαίως, ex Philoctetae denique centum tredecim sex afferre licet versus, quibus studium illud desideratur: 331. μοῖρ — Ἀχιλλέα. 358. ζῶντ' — Ἀχιλλέα. 427. ἠθέλησ' — ὀλωλότοιν. 602. ἔργ' — ἀμύνουσιν. 676. ἐξήκουσ' — ὄπωπα. 1381. λῷσθ' — ὁρῶ. Ab Euripide porro, ne iusto longius exspatiemur, breviter tantum asseveramus, non minus conspicue voces graviores medio in versu vitatas esse, modo discedendum sit a Cyclope, quem utpote drama satyricum huius regulae elegantia destitutum esse non est cur mireris; inter quinquaginta enim trimetros decem inveni exceptiones: 9. σκῦλ' — ἔδειξα. 22. ἄντρ' — ἔρημ'. 32. προσταχθέντ' — ἀναγκαίως. 139. πῶμ' — ἔδωκε. 227. κρᾶτ' — ἐπύκτευσεν. 302. γυῖ' — ἐχήρωσ'. 372. δείν' — ἰδών. 421. σπλάγχν' — ἐθέρμαινον. 550. φησ' — ἐρᾶν. 683. σῶμ' — Ὀδυσσέως.

Apud Aristophanem denique quamquam apostrophus medio in versu multo rarius collocatur, tamen si magnum tragicorum apostropho distinctorum numerum comparas, multo plures extant trimetri illa consuetudine exemti. Ita inter Nubium versus quadraginta quinque inveni quatuor exceptiones: 69. ἅρμ' — ἐλαύνῃς. 100. οἶδ' — ἀκριβῶς. 628. ἄνδρ' — ἄγροικον. 1329. πόλλ' — ἀκούων; inter Equitum triginta trimetros duas: 676. κορίανν' — ἐπριάμην. 732. Δῆμ' — ἐραστής; inter Pacis triginta quinque tres: 271. δέσποιν' — Ἀθηναία. 933. λέγωσ' — Ἰωνικῶς. 972. ἑστᾶσ' — ἰόντες, in Ecclesiazusarum sexaginta tribus versibus octo: 63. σῶμ' — ὅλον. 261. αἴρωσ' — ἐᾶν. 335. γυναῖκ' — ἐκέλευσας. 428. ἀνεπήδησ' — ὅμοιος. 435. πόλλ' — ἀγαθά. 441. πρᾶγμ' — ἔφη. 1067. πόλλ' — ἀγαθά. 1103. σωτῆρ' — ἀνήρ, in Thesmophoriazusarum quinquaginta quinque sex: 294. ἔξεστ' — ἀκούειν. 346. προδιδοῦσ' — ἑταίρα. 388. παντοῖ' — ἀκουούσας. 490. εἶθ' — ὁρᾶτ'. 489. κύβδ' — ἐχομένη. 647. ὤνθρωπ' — ἄνω. Caeterum non solum non turbant haec exempla regulam nostram, sed etiam confirmant et comprobant, quippe, ut in multis aliis legibus, ita hic quoque eo ipso, ut comicae poesis licentiam opponamus, tragicae severitas et elegantia acrior et splendidior evadit.

1) Sophoclis tragoediae graece et latine ex rec. G. Dindorfii. Lipsiae 1850.

Excursus alter.

Primum quidem illud monuerim, pedem tertium apud Aeschylum et Sophoclem multo rarius natura dactylica vel tribrachica indutum esse quam apud Euripidem et Aristophanem. Inter Aeschyli enim quatuor milia quadringentos senarios viginti tantum quatuor[1]) extant, quibus pedis tertii

1) Aesch. Pers. v.v. 181. 682. 793. Sept. v.v. 433. 513. 593. Suppl. 193. 241. 390. 475. 516. 740. Ag. 1605. Cho. 89. 130. 171 444. 885. Eum. 64. 183. 229. 446. 485. 892.

arsis in duas breves soluta est syllabas, ita quidem, ut una cum pedis exitu vox quoque terminetur; inter Sophoclis deinde sex milia quingentos octoginta sex trimetros quadraginta septem[1]) inveni hac solutione insignitos. Longe alia ratio est fabularum Euripidearum: in antiquioribus quidem poeta non minus parce ea usus est, sed sensim et una cum progrediente tempore magis magisque ad eam adhibendam atque adeo adamandam inclinat; quod satis erit hac demonstrare tabula:

	trimetri	exempla	tempus
Alcestis[2])	818	1	Ol. 85,2
Medea	1055	2	Ol. 87,1
Hippolytus	1030	3	87,4
Heraclidae	910	1	circiter 90
Hecuba	942	11	?
Supplices	940	16	90
Andromache	967	15	89
Hercules f.	997	32	fort. 90
Troades	808	30	91,1
Helena	1265	62	91,4
Phoenissae	1210	48	92
Orestes	1192	67	92,4
Ion	1072	37	?
Electra	980	30	?
Iphigenia T.	1075	50	?
Iphigenia A.	745	36	post mortem Eu-
Bacchae	930	43	ripidis doctae
Cyclops	582	24	?

1) Soph. Ant. 55. 742. 916. 1240. 1279. Ai. 301. 343. 443. 575. 828. El. 433. 1291 1361. 1475. Oed. R. 10. 99. 301. 637. 741. 768. 773. Oed. Col. 41. 305. 388. 1129. Phil. 117. 285. 578. 651. 758. 760. 815. 817. 879. 918. 1013. 1028. 1232. 1297. 1332. 1347. 1348. Trach. 292. 595. 878. 1100. 1131.

2) Alc. 254. Med. 31. 859. Hipp. 875. 1026. 1045. Heracl. 327.

Sed haec singulis annis increbrescens pedis tertii dissolutio non tam ipsi Euripidi quam eius aetati tribuenda

Hec. 5. 45. 318. 396. 440. 664. 1130. 1171. 1175. 1179. 1183. Suppl. 19. 145. 151. 167. 236. 272. 478. 656. 751. 755. 882. 1063. 1152. 1161. 1162. 1167. Andr. 17. 47. 157. 175. 227. 361. 394. 415. 454. 582. 639. 688. 882. 901. Tro. 26. 60. 277. 377. 426. 435. 468. 481. 500. 614. 652. 664. 771. 775. 780. 861. 868. 881. 909. 933. 1076. 1092. 1147. 1173. 1166. 1222. 1223. 1256. 1265. 1269. Hel. 590. 591. 610. 613. 716. 750. 764. 795. 830. 842. 843. 869. 922. 945. 950. 957. 977. 1026. 1027. 1040. 1042. 1080. 1101. 1165. 1167. 1199. 1202. 1236. 1239. 1241. 1254. 1265. 1266. 1378. 1400. 1402 1407. 1417. 1450. 1521. 1525. 1529. 1535. Phoen. 41. 46. 63. 64. 277. 378. 385. 396. 415. 424. 432. 450. 500. 546. 560. 563. 582. 583. 756. 839. 849. 852. 884. 980. 996. 1076. 1117. 1127. 1136. 1242. 1315. 1394. 1395. 1404. 1405. 1424. 1462. 1595. 1610. 1618. 1643. 1646. 1647. 1652. 1661. 1673. 1686. 1701. Or. 8. 20. 35. 40. 41. 44. 63. 73. 99. 133. 135. 216. 230. 235. 238. 305. 360. 377. 393. 399. 410. 414. 420. 428. 433. 473. 487. 542. 544. 555. 598. 602. 610. 615. 617. 651. 665. 668. 695. 853. 874. 884. 1026. 1027. 1047. 1076. 1082. 1093. 1141. 1183. 1228. 1229. 1234. 1239. 1293. 1319 1589. 1595. 1597. 1604. 1626. 1633. 1634 Ion. 24. 269. 278. 315. 333. 359. 588. 603. 625. 645 666. 753. 757. 821. 751. 836 838. 955. 966. 969. 990. 1001. 1010. 1013. 1017 1034. 1036. 1184. 1278. 1340. 1345. 1350 1351. 1402. 1435. 1524. 1610. El. 14. 17. 43. 240 318. 366. 392. 410. 486. 532. 544. 554. 561. 650. 655. 680. 682. 767. 815. 835. 906. 938. 979. 1026. 1045. 1048. 1053. 1084. 1094. 1264. Herc. fur. 49. 63. 64. 82. 103. 179. 193. 320. 462. 473. 477. 491. 533. 534. 550. 592. 706. 955. 957. 968 972. 990. 1116. 1118. 1168. 1264. 1344 1349. 1366. 1379. 1406. Iph. Taur. 20. 25 29. 32. 33. 228. 258. 347. 362. 363. 469. 472. 481. 484. 487. 496 521. 554. 575. 583. 603. 668. 722. 739. 810. 888. 889. 890. 894. 895. 910. 928. 949. 966. 981. 998. 1015. 1040. 1044. 1060. Iph. Aul. 452. 462. 464. 504. 521. 618 626. 647. 657. 667. 678 683. 715. 746. 823. 940. 967. 959. 951. 1009. 1145. 1167. 1169. 1173. 1178. 1185. 1196. 1198. 1219. 1228. 1255. 1417. 1422. 1449 1455. [1568.] Bacch. 8. 31. 185. 205. 207, 238. 255. 267. 282. 291. 312. 328. 346 358, 437. 469. 481. 692. 755. 769. 783. 816 823 831. 911. 922. 930. 931, 937. 968. 1002. 1060. 1082. 1095. 1104. 1121. 1131. 1229. 1268. 1283. 1334. 1340. 1344. Cycl. 6. 28. 82. 86 97. 145. 159. 182. 201. 208. 209. 228. 233. 250. 273. 288. 402. 431. 525 544. 552. 572. 688 693.

mihi videtur, cum eadem fere frequentia apud Aristophanem quoque inveniatur, modo constantius et a prima ad ultimam fabulam, ut ex hoc indice licet cognoscere:

Acharnenses[1]	per	870	tr. exhibent	22	exempla	—
Equites	—	667	— —	22	—	—
Nubes	—	778	— —	18	—	—
Vespae	—	771	— —	31	—	—
Pax	—	700	— —	13	—	—
Aves	—	932	— —	27	—	—
Lysistrata	—	715	— —	20	—	—
Thesmophoriazusae	—	813	— —	16	—	—
Ranae	—	874	— —	33	—	—
Ecclesiazusae	—	895	— —	35	—	—
Plutus	—	1007	— —	41	—	—

Caeterum hoc pedis tertii solvendi studium a simplici-

1) 2. 18. 66. 97. 108. 109. 144. 159. 187. 250. 355. 366. 377. 425. 546. 772. 890. 969 1000. 1019. 1158. 1191. Equ 13. 61. 87. 134. 135. 224. 235. 475. 670. 706. 948. 956. 971. 1005. 1006. 1007. 1010. 1035. 1103. 1208. 1336. 1350. Nub. 39. 58. 87. 118. 164. 170. 199. 207. 222. 254 483. 854. 1174. 1186. 1236. 1263. 1326. 1487. Vesp. 126. 143. 168. 179. 761. 765. 793. 833. 840. 854. 896. 928. 929. 981. 986. 1123. 1177. 1204. 1205. 1222. 1253. 1256. 1282. 1284. 1286. 1289. 1290. 1300. 1318. 1360. 1363. Pac. 106. 228. 255. 371. 380. 546. 698. 710. 823. 833. 881. 960. 1215. Av. 10. 60. 72. 91. 134. 148. 154. 164. 447. 801. 816. 916. 918. 994. 996. 1048. 1095. 1233. 1309. 1347. 1366. 1390. 1456. 1546. 1550. 1640. 1693 Lys. 17. 25. 71. 76. 81. 158. 172. 415. 613. 714. 768. 846. 873. 898. 917. 942. 985. 992 1000. 1275. Thesm. 75. 138. 182. 269. 748. 763. 768. 864. 883. 894. 915 1049. 1099. 1100. 1117. 1186. Ran. 4. 20. 26. 27. 33. 46. 79. 87. 107. 115. 121. 159. 162. 160. 173. 175. 176. 194. 198. 280. 512. 744. 758. 767. 1166. 1169 1236. 1237. 1303. 1416. 1417. 1430. 1478. Eccles. 37. 55. 66. 67. 111. 153. 178. 216. 323. 394. 404. 434. 438. 460. 532. 543. 559. 719. 741. 760. 766. 806. 807. 830. 833. 930. 933 987. 997. 1081. 1089. 1118. 1128. 1135. 1136. Plut. 65. 90. 102. 112. 117. 129. 130. 133. 148. 157. 160. 166. 168. 178. 181. 347. 353. 412. 426. 473. 648. 654. 656. 705. 722. 723. 733. 779. 818. 958. 987. 994. 1014. 1043. 1092. 1125. 1132. 1179. 1181. 1191.

tate quidem et severitate, qualis trimetro Aeschyleo et Sophocleo inlustratur, abhorret, haud quaquam vero per se versus elegantiae et venustati adversatur; nemo enim negabit, solutionis frequentia insignem quandam agilitatem et volubilitatem recitationis effici; iis igitur tantum, a quorum argumento pronunciationis celeritas aliena est, locis solutio non bene usurpata esse dici potest.

Alterum, quod huc intericcerim, spectat ad rationem numeri, quae inter tribrachi et dactyli usum intercedit, sed ita ut iterum eorum tantum trimetrorum fiat mentio, quibus una cum soluto pede tertia vox aliqua absolvitur. Satis autem erit nonnullis modo exemplis afferendis, longe saepius in eiusmodi senariis poetas dactylo quam tribracho usos esse demonstrare. Ita apud Aeschylum inter viginti quatuor solutiones sex inveni tribrachos:

Sept. v. 593 *ἄλοκα διὰ — φρενός*
Ag. v. 1605 *ὄντα μ' ἐπὶ — δέκ'*
Cho v. 89 *λέγουσα παρὰ — φίλης*
— v. 130 *καλοῦσα "πάτερ, — ἐποίκτειρον*
— v. 885 *χρῆμα τίνα —βοήν.*
Eum. v. 485 *μαρτύριά — τε καί.*

apud Sophoclem inter quadraginta septem: tredecim:

Ant. v. 742 *παγκάκιστε, διὰ — δίκης.*
— v. 916 *με διὰ — χερῶν.*
Ai. v. 443 *ἔμελλε κράτος — ἀριστείας.*
— v. 575 *ἴσχε διὰ — πολυρράφου.*
— v. 828 *τῷ δὲ περὶ — νεορράντῳ.*
El. v. 1361 *πατέρα — γὰρ εἰσορᾶν.*
Oed R. v. 301 *οὐράνιά — τε καί*
— — v. 741 *φράζε, τίνα δ' — ἀκμήν.*
Oed. Col. v. 41 *σεμνὸν ὄνομ' — ἂν εὔξαίμην.*
Phil. v. 651 *αὐτό. τί γὰρ — ἔτ' ἄλλ'.*
— v. 760 *δῆτα διὰ — πόνων.*
— v. 918 *μάθηματί με — νοεῖς.*

Phil. v. 1347 ἑλόντα κλέος — ὑπέρτατον
apud Euripidem inter Phoenissarum duodequinquaginta pedes tertios solutos decem.

v. 46 ἁρπαγαῖσι πόλιν — ἐμός τ'.
— 500 ταὐτὸ καλὸν — ἔφυ.
— 583 ἀπωλόμεσθα δύο — κακά.
— 756 ξυσταθέντα διὰ — μάχης.
— 1136 προσῆγε λόχον — ἐπ' Ἠλέκτραις.
— 1242 λαός. ἅλις — ὅσος.
— 1394 δρῶσι διὰ — φίλων.
— 1395 δὲ ποδὶ — μεταψαίρων.
— 1462 δεινά· διὰ — μέσον.
— 1673 ἀλλὰ στόμα — γε σόν.

inter Iphigeniae Aulidensis triginta sex pedes septem tribrachos, undetriginta dactylos discerno:

v. 446 ἀπώλεσ' ἐπὶ — κακοῖς.
— 626 πατέρα — πρόσειπε.
— 657 ἀπῆσθα χρόνον — ἐν Αὐλίδος.
— 683 μέλαθρα. σὲ δὲ — παραιτοῦμαι.
— 967 εἰμι παρά — γε τοῖς.
— 1219 τοὐμὸν ὅπερ — ἔτικτεν.
[— 1569 θῦμα τόδ' ὅ — γέ σοι],

inter Herculis furentis solutiones medias viginti sex dactylos, quinque tribachos:

v. 477 πρυμνησίοισι βίον — ἔχοιτ'
— 534 ἥρπασ' ἅ σε — λέγειν.
— 533 διολλύμεσθα· σὺ δὲ — γέρον.
— 972 νεοσσὸς ὅδε — θανών.
— 1168 οἵδε τίνες — ἐφ' οἷς. etc. etc.

Apud Aristophanem denique in Equitum solutionibus viginti duabus extant quinque tribrachi exempla:

134 ἕτερος — ἀνήρ.
135 γένοιτο· μετὰ — δὲ ταῦτ'.
224 αὐτὸν ὅ τε — πένης.

670 στόματος — ἅπαντες.
1336 δέδρακας ἀγάθ' — ἀφεψήσας,

in Ecclesiazusarum triginta quinque totidem:

66 πρῶτον ἵνα — δασυνθείην.
937 γε, κατὰ — τὸν ἐν.
1081 σύ. τάδε — δέ σοι.
1089 πρᾶγμα κατὰ -- τὸ Καννώνου.
1127 γάρ ἐπὶ — τὸ δεῖπνον.

in Nubium duodeviginti tria:

39 κάθευδε· τὰ δὲ — χρέα
254 τοίνυν ἐπὶ — τὸν ἱερόν.
1236 τουνίν ἕνεκ' — ἀναιδείας etc. etc.

Tertia, quam huc inserere mihi liceat, observatio pertinet ad eos trimetros, quibus solutus pes tertius **una** voce aut tribrachica aut dactylica continetur; qui mirum quanta paucitate apud poetas tragicos occurrunt, quippe dactylicam nullam plane quamvis diligenter in eos inquirens indagare potui, tribrachicharum et earum, quae praeterea unam tribrachum praecedentem syllabam continent, per universas Aeschyli, Sophoclis, Euripidis tragoedias septem repperi exempla:

Aesch. Eum. 485 μαρτύριά — τε καί.
Soph. O. R. 301 οὐράνιά — τε καί.
— El. 1361 πατέρα — γάρ.
Eur. El. 14 ἔλιπεν — ὅτ'.
Bacch. 1002 φανερὸς — ἴτω.
Iph. A. 625 πατέρα — πρόσειπε.
— 662 θύγατερ — σύ θ' ἥκεις.

Ultimi tres loci nullam ad harum vocum usum confirmandum vim habent: Raccharum enim trimeter utpote chori cantico immixtus legibus dialogi non astrictus est, Iphigeniae Aulidensis v. 625 ud unam earum huius fabulae partium pertinet, quas interpolatori esse tribuendas nunc omnes viri docti consentiunt, tertio denique literas σύ θ' a librario ver-

sus supplendi causa infeliciter superscriptas et totum senarium mirifice corruptum esse apparet. Causa vero, cur voces dactylicae nullae plane, tribrachicae paucissimae in pede tertio apud poetas tragicos extiterint, inde mihi repetenda videtur esse, quod pleraeque earum repugnantiam et discrepantiam inter accentum metricum et accentum sermonis efficerent; quam in soluta arsi tertia, quantum fieri potuit, a poetis tragicis vitatam esse ab aliis iam observatum neque hoc loco a me plene demonstrandum est. In Aristophanis quidem fabulis, ut eas hic quoque tragoediis opponendo observationem magis etiam comprobem, dena indagavi vocum et dactylicarum et tribrachicarum exempla:

Equu. 235 δώδεκα — θεούς.
— 475 αὐτίκα — μάλ'
Vesp. 765 μηκέτι — βάδιζ'.
1256 ἀνδράσι — καλοῖς.
1286 ἔκνισε — κἆθ' ὅτ'.
Pac. 833 γιγνόμεθ' — ὅταν.
Ran. 175 δαιμόνι' — ἐάν,
Eccles. 460 δικαστήριον — ἆρ'.
Plut. 347 αὐτίκα — μάλ'.
— 1191 idem.

Ach. 1191 κρυερὰ — πάθεα.
Equ. 134 ἕτερος — ἀνήρ.
— 670 στόματος — ἅπαντες.
Vesp. 1282 φύσεος — αὐτόματον.
— 1284 ἔλεγον — ὡς.
Av. 1095 θεσπέσιος — ὀξὺ μέλος.
1366 ἀλεκτρυόνος — ἔχειν.
1693 χλανίδα — δότω.
Thesm. 915 ἄπαγέ μ' — ἄπαγ'
Ran. 162 ἐγγύτατα — παρ'.

VITA.

Albertus Otto Augustus Schmidt natus sum Vitebergae a. d. XIII Cal. Oct., a. h. s. XLIV patre Hermanno, matre Sophia, quos etiamnunc vivere atque adeo vigere vehementer gaudeo; fideï ascriptus sum evangelicae. Praecipuo deïn fati beneficio accidit, ut cuius paterna eiusdem scholastica erudirer disciplina, quippe gymnasium Vitebergense huius tum auspiciis florebat et etiamnunc floret. Decem et septem annos natus maturitatis examine superato Berolinum me contuli ibique per unius anni spatium scholis Boeckhii, Hauptii, Trendelenburgi interfui. Inde Bonnam transgressus, quamquam parumper tantum degustare volueram almae Rhenanae delicias, tamen non potui non ad finem usque studiorum meorum ibi commorari. Itaque per quinque semestria praeceptoribus usus sum Baxmanno, Diezio, Iahnio, Ritschelio, Simrockio, Schopenio, Springero, quibus viris omnibus gratias ago quam maximas; sempiterna vero recordatione Iahnium colam et Ritschelium, quorum beneficio mihi contigit, ut per tria semestria seminari regii philologici sodalis essem ordinarius.

Sententiae controversae.

I. *Troadum Euripidearum v. 49. delendus est.*

II. *Eur. Cyclopis v. 200 πάρος in παρόντ' mutandum est.*

III. *Arriani Anab. I. c. 12 §. 3 pro forma αὐτούς αὐτός scribendum videtur.*

IV. *Hor. Epod. V. versus 69 et 70*
'indormit unctis omnium cubilibus oblivione pellicum'
post v. 60 collocandi sunt.

V. *Euripidis Supplices et Heraclidae continua fere responsione splendent.*

VI. *Westphalianae rationis sectatoribus cavendum est, ne in pausarum et ectaseos usu evagentur.*

VII. *Religio in gymnasiis a praeceptoribus, non ab ecclesiasticis docenda est.*

60